



# **Dominicae precatationis pia admodum & erudita explanatio.**

<https://hdl.handle.net/1874/432603>

BV CHEL

**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

**RARIORA**

F. oct.













goustaurend 25-5-93



76



N. 37. C.





*Ex dono Bugelii* *Foet 76 rar*

# DOMINI

CAE PRECATIO

nis pia admodum & erudi  
ta explanatio.

*Reliqua quae hoc libello conti-  
nentur, indicat sequens pagella.*

VIRTYTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD GRYPHIVM

LVGDVNI,

1533





*Dominicæ precationis interpretatio.*

*Meditatio in Psalmũ, Miserere mei  
deus, Hieronymi Sauranorole.*

*Eiusdem in Psalmum, In te domine  
speraui.*

*Item in Psalmum, Qui regis Israëel  
intende.*

*Decalogi interpretatio perbreuis.*

*Symboli Apostolici exegesis para-  
phrastica.*

*Paraphrasis orationis dominicæ.*

*Alia dominicæ orationis expositio.*

# MATTHAEI

## SEKTO.

Quum oraueris, non eris quem-  
 admodum hypocrite. Nam illi so-  
 lent in conciliabulis, & in angulis  
 platearum stantes orare, quò conspi-  
 cui sint hominibus. Amen dico uo-  
 bis, quòd habet mercedem suam. Tu  
 uerò quum oras, introito in concla-  
 ue tuum: & occluso hostio tuo, ora  
 patrem tuum, qui est in occulto, &  
 pater tuus, qui uidet in occulto, per-  
 soluet tibi in propatulo. Verù oran-  
 tes ne sitis multiloqui, sicut ethnici.  
 Putant enim fore, ut ob multilo-  
 quium suum exaudiantur. Ne igitur  
 efficiamini similes istorum. Nouit

P R E C A T I O

*enim pater uester, quibus rebus opus  
sit uobis, priusquam petatis ab illo.*

*Ad hunc ergo modum  
orate uos:*

LUC. II.



A T E R nos  
ster qui es in  
coelis, sancti-  
ficetur nomen  
tuum. Aduer-  
niat regnum tuum. Fiat  
uoluntas tua, sicut in coelo,  
& in terra. Panem nos-  
trum quotidianum da nos-  
bis hodie. Et dimitte nos-  
bis debita nostra, sicut &

nos

DOMINICA.

nos dimittimus debitori-  
bus nostris. Et ne nos in-  
ducas in tentationem: Sed  
libera nos à malo.

AMEN.

\*



**H**ÆC ORA-  
tio omnes oratio-  
nis species & for-  
mas, quæ per totã  
passim scripturam  
reperiuntur, compendio complecti-  
tur. In qua aut pro appetendis bo-  
nis, aut pro uitandis malis, aut pro  
expiandis malis commissis, interpella-  
mus. Et harum quidem tres petiti-  
ones priores ad eternitatem: reliquæ

4 3 uero

PRECATIO

uero quatuor ad uitæ præsentis ne-  
 cessitatem pertinent : quæ omnia ex  
 ordine suis locis explicanda ueniunt,  
 ut intellecta efficaciorum uiuacio-  
 remq; cordis affectum in nobis ge-  
 nerent, & orationes nostræ ad ue-  
 lociorem perducantur effectum, ad  
 deumq; cum maiori fructu perfran-  
 tur. Et mox in initio petitionis do-  
 ctor noster IESVS Christus præ-  
 catoris animum erigit, & optimam  
 iubet concipere spem, quæ etiam  
 inter initia ista multorum commo-  
 nuit beneficiorum. Quod enim ma-  
 ius potest nobis præstari beneficium,  
 quam ex domino deo creatoreq; no-  
 stro nobis patrem omnium clemen-  
 tissimum fieri? à quo etiam tutò præ-  
 cari

## DOMINICA.

cari nos iubet ueniam peccatorum,  
 poenarum interitum, iustificationem,  
 sanctificationem, à malis liberatio-  
 nem, hereditatem sydeream, frater-  
 nitatem & spiritus sancti dona uber-  
 rima longissimâq; : quæ omnia uno  
 sermone contexuit, & quidem bre-  
 uissimo. Caterum duplici modo ani-  
 mos nostros accedit, & eleuat, cum  
 primo ex eius diuinitate & maiesta-  
 te, quem patrem appellari docuit:  
 tum secundo ex beneficiorum ma-  
 gnitudine, quibus, ipso patre lar-  
 gente, & ex gratuita misericordia  
 donante, potiemur. Ad quem nau-  
 fragantes, tanquam tutissimum por-  
 tum, & unicum praesidium felicitatis  
 nostræ confugientes, tutò dicamus:

P R E C A T I O

O' pater cœlestis, cuius per fidẽ  
 sumus filij: in quem credimus,  
 quem diligimus atque obseruas  
 mus, quem solum pijsimum ag  
 noscimus, & sentimus patrem.  
 Cuius filius, mediatorq; noster  
 Iesus Christus, nos fratres appel  
 lare dignatus est: ut una' cum eo  
 nobis promissæ cœlestis hæres  
 ditatis consortes fiamus. Pater,  
 inquam, cui non seruili timore  
 & metu, sed filiali amore seruis  
 mus & obsequimur.

*Magna profecto dei clementia  
 erga nos scdissimos peccatores, qui  
 uult se à nobis appellari patrem, ut  
 nos filios suos certos redderet acce  
 pturos, impetraturosq; quicquid à  
 tam omnium mansuetissimo patre,  
 mode*

## DOMIMICA.

moderatoreq; nostro petituri esse=  
 mus. De quo ut essemus certissimi,  
 adfert nobis Christus similitudinem  
 ab amore patrum in filios. Nullus Matt. 7  
 enim tam immanis & durus est pa=  
 ter, ut filio petenti panem, illi lapi=  
 dem pro pane porrigat, pro pisce  
 serpentem, pro ouo scorpium. Luc. 11  
 Quanto magis pater cœlestis omnium  
 piissimus munificentissimusq;, no=  
 bis suis filiis in cœlestem hœredita=  
 tem cooptatis, daturus est bona, si  
 postulemus ab ipso? Non tam in=  
 credibilis clementia DEI popu=  
 lis Israëliticis contigit, quibus non  
 pater, sed dominus est insinuatus, ut  
 per totam passim scripturam uidere  
 licet: quos etiam sepenumero pro=  
 45 pter



PRECATIO

pter duræ cervicis contumaciam, du  
 ro & penè intolerabili premebat  
 iugo, duranq; & miserrimam per=  
 misit seruire seruitutem: ut super=  
 biam contumacis mentis in popu=  
 Rom. 8. lo rebelli frangeret. Nos uero cœ=  
 lestis patris per sanguinem IESV  
 CHRISTI filij adoptionis effecti,  
 confidenter Clamamus, Abba pa=  
 ter. Tanta dei clementia, tanta erga  
 nos dilectio & pietas est. Tanta no  
 bis munus gratiæ contulit, ut domi=  
 num & deum nostrum, uilissimi ser  
 ui tutò & libere patrem appella=  
 mus. Vt ergo tanto munere nos red  
 damus dignos, nostri erit officij,  
 tanto patre dignam spiritalem, sci=  
 licet mundam, & ab omnibus sordi=  
 bus

DOMI NICA.

bus repurgatam, instituere uitam.  
 Adiuuante nos CHRISTO do-  
 mino & eodem Deo saluatoreq;  
 nostro.

Pater, inquam, noster; nobis  
 scilicet per charitatem datus: paterq; Ambrosi  
 omnium communis factus: non me-  
 us uel illius priuatus pater, sed o-  
 mnibus nobis communis pater. Non  
 possumus igitur uere & pie hoc Chryso.  
 initium orationis cum fructu di-  
 cere, qui nos fratres & tanti pa-  
 tris concordēs & unanimes filios  
 esse non cognoscimus. Et per  
 hoc quod nobis omnibus commu-  
 nis factus est parens, unam atque  
 eandem nobilitatē sine delectu per-  
 sonarum nobis donauit D E V S.  
 Hi

PRECATIO

Hi uero qui communem patrem appellant DEVM, dabunt operam, ut se idoneos tanti tamq; omnium clementissimi patris filios profiteantur, ne tanta nobilitate se reddāt indignos, sed potius per gratiæ studium quantum uires humanæ permittunt, reddant. Nec quisquam peculiariter aliquid sibi in isto omnium communi patre uendicet. Debemus enim omnes una complecti oratione, qui nos in Christo fratres esse cognoscimus, ut omnibus communis & non priuata sit oratio nostra. Et, ut non tam priuata, quam etiam proximorum & fratrum commoda in hac dominica precatōne querere uideamur.

Pater

## DOMINICA.

Pater noster, inquã, qui es in  
 cœlis, Vnde sumus delapsi, & ad  
 quos patre nostro autore, tanquam  
 felicitatis nostræ destinatum locum  
 nos redituros speramus. Sed uult Chryso.  
sentētia.  
 cœlestis ille pater, cœlestes habere  
 filios, ab omni re mundana alienos.  
 Erubescant se terrenis immiscere re  
 bus, qui patrem habent in cœlis. In  
 cœlis est pater noster, non tamen  
 quòd ibi totus concludatur. Sed in  
 cœlis esse dicitur, ut per hoc à ter-  
 renis rebus deprecantis animus ab-  
 ducatur: & supernis habitaculis affi-  
 gatur, dedaturq;. Et quanuis ubique  
 deus sit pater noster, potissimum  
 tamen in cœlis esse dicitur, ubi ma-  
 gis tantæ diuinitatis relucet maies-  
 tas.

Idcir

PRECATIO

Idcirco precaturi ad orientem uertimur, unde cœlum surgit: nō quod ibi solum sit deus, alijs mundi partibus relictis: Sed ut animus noster ad deū tanquam omnium excellentissimam maximamq; naturam erigatur.

Pater, inquā, noster qui es in cœlis, id est, in sanctorū iustorūq; cordibus, qui cœlis cōparatur: Et in quibus tanquā in tēplo suo sancto habitat deus: de quibus Psaltes regius: Cœli enarrant gloriam dei. In his dicitur esse deus, quia eorum conuersatio in cœlis est. Et cœlū ibi est, ubi feriuntur flagitia. Cœlum ibi est, ubi cessauit culpa. Cœlum demum ibi est, ubi nullum mortis uulnus reperitur. In cœlis itaque & sanctorū

Psal. 18.

Ambr. in  
oratione  
dñica.

rūm

DOMINICA.

*rum pectoribus habitat coelestis pater, cuius ut coelestes sumus filij, hoc pacto orandum est:*

PRECATIO.

**O** Pater coelestis deus immortalis omniumque deorum dominus, cuius bonitate & uirtute cum nihil essemus, sumus creati: qui, filij tui Iesu Christi, per quem nos a Satanæ imperio redemisti, certissimo oraculo, te supra omnes coelos sublimitatemque omnem positum, patrem nostrum appellari dignatus es. Da quesumus ut coelestis patris, coelestes filij, concordemque fratres, & membra in corpore filij tui domini nostri Iesu Christi  
sti

PRECATIO

sti esse & perseuerare, teq; patrem nostrum post huius uitae calamitates, in caelis iugiter contueri mereamur. Per eundem Christum filium tuum deumq; nostrum: Cuius nomen sit benedictum in omnia secula. Amen.

PRIMA PRECATIONIS  
*dominicæ particula.*

Sanctificetur nomen  
tuum.

O' pater, Nomen tuum quod in se sanctum, gloriosum, admirabile, & maiestate plenum est, sanctificetur quoq; glorificetur

## DOMINICA.

& sanctum ac celebre in nobis  
 & omnibus gentibus fiat. Alle-  
 ua manum tuam, o' pater, super  
 gentes que non exquisierunt te,  
 ut cognoscant, quia non est Des-  
 us nisi tu, ut enarrent magnalia  
 tua. Alleua, inquam, o' pater ma- Eccle. 36  
 num tuam super gentes, ut uis-  
 deant potentiam tuam. Sicut es  
 nim in conspectu illorum es san-  
 ctificatus in nobis, sic in conspe-  
 ctu nostro magnificaberis in eis,  
 ut cognoscant te, sicut nos co-  
 gnouimus te.

Et in hanc sententiam dicit domi- Ezec. 36  
 nus: Sanctificabo nomen meum ma-  
 gnum, ut sciant gentes, quia ego do-  
 minus, cum sanctificatus fuero in uo-  
 bis coram eis. Hoc enim pacto dici-  
 mus



PRECATIO

mus sanctificari, clarificari & magnificari nomen patris nostri coelestis, non quidem in se, sed in nobis. Non quidem petimus, nec petere possumus, ut sanctitas aliqua maiestati tam diuini & inexplicabilis nominis accedat, quod per se sanctissimum est, & benedictum in omnia secula. Sed petimus, ut sanctitas, quae tanto nomini ante secula est insita, in nobis quoque creaturis & infelicibus peccatoribus reluceat, & sanctificetur, ut Apostolo docente, omnia faciamus in gloriam dei. Et hoc est quod Regius ille uates deprecatur in haec uerba: Omnes gentes, quascunque fecisti, ueniant & adorēt te domine, & glorificent nomē

2. Cor. 10  
Psal. 85

## DOMINICA.

nomen tuum, quoniam magnus es,  
 & faciens mirabilia. Hæc mirabilia  
 sunt, quando nomen Dei sanctum in  
 nobis mirabiliter sanctificatur cor-  
 de, scilicet credendo & amando ore,  
 laudando & prædicando, opere pie  
 ac sancte uiuendo.

Sanctificetur præterea o' pas-  
 ter nomen tuū, hoc est, sanctum  
 ab hominibus habeatur, totiꝫ  
 mundo inclarescat. Ita ut homi-  
 nes sibi persuadeant & credant,  
 nihil sanctius tãto nomine: & ut  
 magis timeãt, reuereãturꝫ tan-  
 ti Dei tamꝫ gloriosi nominis  
 numen & maiestatem.

Iustū enim est nomen Dei sancti-  
 ficari. Hinc dicit Psalter ille regius:

PRECATIO

**Psal. 118** Timor domini sanctus, permanēs in  
 seculum seculi. Vult itaq; doctor &  
 formator noster Iesus Christus, nos  
 à patre cœlesti precari, ut p nostræ  
 cōuersationis simplicitatē, et uitæ in=  
 nocentiā nomen Dei patris sanctissi=  
 mum sanctificetur & glorificetur,  
**Mat. 5** quod & alibi inculcauit, dicens: Lu=  
 ceat lux uestra corā hominibus, ut ui=  
 deant opera uestra bona, & glorifi=  
 cent patrem uestrū qui in cœlis est.  
 Hoc pacto sanctificatur in nobis no=  
 men Dei Israël glorificaturq;.

Dignare itaq; o' pater, uitam  
 nostram munda conuersatione  
 seruare, ut per nos cuncti te glo=  
 rificent, & admirentur uitæ nos=  
 stræ innocentiam, quod perfe=  
 ctæ

DOMINICA.

etæ philosophiæ est, tam irrepre-  
 henabilem scilicet candidamq;  
 agere uitam, ut singuli eam &  
 sanctissimi quique admirantes,  
 te dñm & patrem, de seruoꝝ &  
 filiorum sanctitate & candore,  
 collaudent & glorificent.

Quemadmodum quispiam cœ-  
 lorum, syderum, aliarumq; creatu-  
 rarum pulchritudinem & orna-  
 tum cōtemplando & inspicien-  
 do dicit: Gloria, laus,  
 imperiū in omnia se-  
 cula sit tibi sato-  
 ri atq; con-  
 ditori  
 tam admirabilis  
 elegantisq; creature.

PRECATIO

ORATIO.

**O** Pater cœlestis, omnia potens, sanctificator, & instaurator, conseruatorq; omnium creaturarum: Cuius nomen sanctū & admirabile supra omne est nomen. Et in cuius filij Iesu Christi nomine omne genu cœlestium terrestrium & infernorum flectitur. Concede quæsumus, ut idem nomen tuum sanctum & gloriosum, in nobis quoque filijs tuis innocentis uitæ candore, sanctæq; conuersationis exemplo, glorificetur & sanctificetur: ut te dominum & patrem nostrum per nos filios tuos cuncti glorificent, & sanctificent, Adiuuante nos eor  
dem

DOMINICA.

dem filio tuo domino nostro  
Iesu Christo, qui tecum in unis  
tate spiritus sancti in deitate par  
habet imperium in æterna secu  
la. Amen.

SECUNDA PETI=  
tio orationis do=  
minicæ.

Adueniat regnum  
tuum.

O pater regnū tuū omniū lo=  
cupletissimum, gratiæ & miseri  
cordiæ plenū, adueniat, & mun  
do id ignorantī manifestum fiat.  
Quēadmodū enim lux licet præ  
sens sit, cæcis tamen est absens,  
& nihil luminis cæcutientibus

b † adfert

PRECATIO

Adfert oculis. Ita & regnum  
tuum. O pater clementissime,  
tametsi ubiq; præsens gratia &  
ueritate plenū, mundo tamen id  
ignoranti deest, cui ut adueniat  
petimus.

Adueniat, *inquā*, regnū tuū,  
Ut tu in nobis, & nos in te res  
gnemus. Adueniat regnum tuū  
gratiæ, & misericordiæ, quibus  
quotidie pater benignissime in pe  
ctoribus sanctorum regnas, eie  
ctis mundo, Satana, & carne, ho  
stibus humani generis. Vnde  
& Christus filius tuus dixit: Re  
gnum dei intra uos est: ac si di  
ceret, nolite quærere & solliciti  
esse quibus temporibus regnū  
gloriæc; magnus domini ad

Luc. 17

DOMINICA.

uentus, iudicij q̄ dies uēturi sint,  
sed quærite regnum gratiæ per  
fidem & dilectionem.

Adueniat regnum tuum:

Id est, Christus Iesus ueniat in pe-  
titorum nostra per gratiam. Vt iam  
precati sumus. Qui enim omnium ui-  
uentium & mortuorum terribilis in  
regno gloriæ iudex est uenturus:

Nunc quoq; hic in cordibus sancto-  
rum & credentium per gratiam re-  
gnare consuevit, & in ipsis tanquã  
templo sancto habitare, adstipulante

Apostolo, dicente: Templum dei san 1. Cor. 3  
ctum est, quod estis uos.

Hoc, inquam, regnum manis-  
festetur hominibus, & tu qui  
ab initio regnasti & in omnia



PRECATIO

secula regnaturus es, fac ut demum hoc tuum regnum ab hominibus id ignorantibus, peccatisque compressis & obrutis, caligine peccatorum deterfa, per gratiam percipiatur & cognoscatur.

Adueniat, demum, regnum tuum. Regnum dico gloriæ & maiestatis, quod nobis ab origine paratum est: & quod demum nos a malis omnibus, presentibus & futuris eripit: & peremptis atque subiugum missis omnibus sollicitudinibus, & mundi huius illecebris & captionibus, hostisque Satane terricula mentis irritamentisque uictis, nos in sedem quietis reponit.

Hoc

## DOMINICA.

Hoc regnum in fine seculorum  
 expectandum. Cum Iesus Christus  
 Rex gloriæ uenturus est omnium  
 & uiuorum & mortuorum iudex  
 iustus, & terribilis. Ad cuius tribu- Rom. 14  
 nal nos omnes uelimus, nolimus sta- 2. Cor. 5  
 re oportet, ut actæ uitæ reddamus  
 rationem iudici illi iusto, quem ni-  
 hil latet: qui in frontibus nostris o-  
 mnia nostra scelera & commissa de-  
 scripta & quasi ad oculum depicta  
 uidebit. Totumq; mundum nostræ  
 impietatis, & peccatorum nostræ-  
 rum testem aduersum nos citabit, ut  
 propria sententiâ nosipsums damne-  
 mus perdamusq;. Et in ima tartara  
 sine spe ad superos redeûdi, nos præ-  
 cipites demus.

PRECATIO

Da pater clemētissime, ut hic  
 in hoc mortalium aggere, ita  
 uitam nostram instituamus, ut  
 alacri animo hoc filij tui tribus  
 nal, & magnum iudicij diem su  
 spiremus, expectemusq; ut pec  
 catis malisq; omnibus purga  
 ti, magnum filij tui aduentum,  
 redemptionem nostram existis  
 memus. Ut reuera redems  
 ptio nostra est, si tu nobis pater  
 seruatorq; fueris. Et idem tuus  
 filius Iesus Christus inculcans  
 discipulorū auribus signa ma  
 gnum iudicij & iræ diem præ  
 cessura, dicit se in nube in potes  
 tate & gloria magna uentus  
 rum. Et uenientibus signis ius  
 bet nos attollere capita ad res  
 dens

LUC. 21

## DOMINICA.

demptionem mox uenturam:  
 Et faciet similitudinem de ficu  
 & reliquis arboribus, quæ post  
 quam gēmas emiserint, scimus  
 instare æstatem. Sic & uos, in-  
 quit Christus, cum hæc signa  
 fieri uideritis, scitote quod instet  
 regnum Dei.

Nec potest hoc regnum procul  
 & diu abesse. Vidimus enim, & ho-  
 die uidemus in cœlis signa magnum  
 diem indicantia. Et quando rogo  
 cruentiora bella inter Christianos  
 principes, quando seditiones pesti-  
 lentiores, quando reges contra re-  
 ges, & gentes cōtra gentes atrocius  
 unquam insurrexerant? Quando ma-  
 ior uulgi rebellio contra magistra-  
 tus

PRECATIO

tus suos? Quando pestilentie seuiore  
res? Quando morbi humanis cor  
poribus perniciosiores? Quando schis  
mata in ecclesia dei periculosiora?  
Quando secte seditiosiores a tem  
poribus nascētis ecclesie unquā fue  
re? uel contra institutum eorum,  
qui sectarum autores creduntur. Ele  
uanda ergo capita ad magnum re  
demptionis diem, qui instar furis no  
cte, dū ferta unguenta puellas posci  
mus (ut poētæ utar uerbis) uenturus

1. Thef. 5 est. Cū enim dixerimus, pax et secu  
ritas, tunc repentinus nobis ueniet  
interitus, sicut dolor in utero habet  
tis, et non effugiemus. Non ueniet  
hac dies certa temporum obserua

LUC. 17 tione. Porrò nec angeli, nec homi

nes, nec etiam filius hominis, quantum  
 ad reuelationem nobis faciendam,  
 sciunt de die illo. Sed ut in diebus Noë Mat. 24  
 factum est, ita erit in diebus filij ho=Luc. 17  
 minis. Edebant, & bibebant, uxores Gene. 7  
 ducebant & dabantur ad nuptias, Gen. 19  
 usque ad diem qua intrabat Noë ad  
 arcam, & uenit diluuium, & perdi-  
 dit omnes. Et quemadmodum factum  
 est in diebus Loth. Edebant & bi-  
 bebant, emebant & uendebant, plan-  
 tabant & edificabant, quo autem die  
 exiit Loth à Sodomis, pluit ignē &  
 sulphur de cœlo, & perdidit omnes:  
 secundum hæc erit qua die reuela=Mat. 24  
 bitur filius hominis. Beati ergo ser-  
 ui illi, quos cū uenerit dominus, inue-  
 nerit uigilantes, qui ut hoc regnum  
 hæc

PRECATIO

hæc redemptio ut ueniat tutò petunt, ut à malis liberentur : qui secus fecerint, se ipsos accusant, dum redimi & à malo liberari quotidie precantur. Summo desiderio, modo sapiamus, is domini aduentus in regno gloriæ, exemplo sanctorum patrum, est expectandus : qui die noctuq; & summo studio ieiunijs, uigijs, lachrymis & precationibus huc diem domini uidere cupiebant. Et in id unum studebant, ne ueniens filius hominis, ipsos dormientes inueniret. Agamus igitur ita huius uitæ letitiam, ut nunquam non subeat nobis in mentem memoria tremendi iudicij, & secure coronam iustitiæ expectemus. In hanc sententiam

## DOMINICA.

tiam dixit Apostolus: Non solū mihi reddet coronam iustitiæ, sed & his qui diligunt aduentum eius. Aduentum, inquam, gloriæ magni dei, & beatam spem. Proinde & Christus dicit: Vos similes hominibus expectantibus dominum suū: dominū, inquam, redemptorem nostrum, animarum nostrarum Episcopum: qui nos in hoc suo maiestatis & gloriæ aduentu à malis omnibus eripiet. Leuanda ergo capita nostra ad hūc redemptionis nostræ diem, & magni dei aduentū. Et quia indies precamur, ut hoc regnū Dei adueniat, tales nos in fide, charitate, & mandatis euangelicis cum affectu mentis exhibere debemus, ut regno gloriæ

1. Tim. 4

Luc. 12

Chryso.  
sentētia.



PRECATIO

ria & immortalitatis contubernio digni fiamus. Non possumus equidem uenire ad dominum in gloriæ regnū, nisi ipse antea uenerit ad nos per gratiam & misericordiam.

Adueniat itaq; o' pater clementissime, in nos regnum gratiæ & misericordiæ, ut filium tuum Iesum Christum in aduentu maiestatis, teq; in regno gloriæ & pacis semper læti uideamus, Amē.

Hoc pacto meditari & precari gratissimi, ac frugi serui est: & filij sapientis cœlestia suspirantis, qui studet honori & uoluntati parentis, neq; inhaeret presentibus, neque magnuducit terrenas istas, quæ cor am uidentur uoluptates, sordes ne dicā:  
sed

sed ad parentem, & futuram quietis gloriam, quæ in patris regno est, redire desiderat. Hoc desiderium de optima oritur conscientia & mente, rebus fluxis & terrenis exuta. Hoc desiderio semper Apostolus summa Rom. 8 expectatione tenebatur. Sed & ipsi, inquit, qui primitias Spiritus habemus. Et nos ipsi in nobis ipsis gemimus adoptionem filiorum, expectantes redemptionem corporis nostri. En genuit ille & desiderat adoptari in filium dei, redimique; expectat antequam se talem esse putat. Qui enim futuræ redemptionis igne & amore succenditur, nullo pacto huius vitæ operibus, quantumvis bonis, inflatur: nec gloria laudis ducitur, nec rebus aduersis de-

PRECATIO

primitur, etiã si mille nouercãtis fortunæ telis fuerit obiectus. Nec felicioris fortunæ blandimentis & flatibus nimium cleuatur, sed utranque fortunam inuictò fert animo. Et tanquam in ipsis coelis iam cū patre habitans, ab omnibus huius mundi irritabilibus formis sese reddit immunem & alienum, totusq; rapitur in parentis amorem: qui ut in nobis perpetuò mansurus succendatur, regnoq; patris ueri & digni heredes fiamus, sic orandum est:

PRECATIO.

**O** Pater, cœlorum terrarumq; dominus, princeps, & moderator, qui in cordibus credentium dignum tibi constituisti &

præ

DOMINICA.

præparasti habitaculum. *Ves*  
 niat in pectora nostra quæsus  
 mus regnum gratiæ & miseris  
 cordiæ tuæ. *Vt* posteaquã hinc  
 demigrauerimus, filium tuum  
 dominum nostrum Iesum Chri  
 stum in regno gloriæ, & maie  
 statis, magniq; iudicij die mitẽ,  
 & clementem uideamus, & sen  
 tiamus iudicẽ. Tecumq; in sum  
 mæ tranquillitatis, & omnium  
 gaudiorum pleno regno, in o  
 mnia secula uiuere mereamur:  
 Per eũdem dominum nostrum  
 Iesum Christum filium tuum,  
 qui in unitate spiritus sancti de  
 us, in cœlesti Hierusalem, in o  
 mnia secula tecum parem habet  
 maiestatem, Amen.

PRECATIO

TERTIA PRECA

*tionis dominicæ*

*petitio.*

Fiat uoluntas tua, si-  
cut in cœlo, & in terra.

O' pater, uoluntas nostra, cõs-  
paratione tuæ uoluntatis diuini-  
næ, nunquam est bona, sed ma-  
la, aut ad malum prona. Tua ue-  
ro uoluntas, nunquam non po-  
test esse optima, quæ ex optimo  
& nitidissimo bonitatis profluit  
fonte. Proinde o' pater nõ sine  
nostram, sed tuam in nobis do-  
minari uoluntatem: ut quan-  
diu in mortali uersamur corpo-  
re, obediens filij semper tuã fas-  
*ciamus*

## DOMINICA.

ciamus uoluntatem, persuasuri  
 nobis te optimum patrem, opti-  
 ma quæcūq; uelle. Da pater clemē-  
 tissime, ut exemplo filij tui Iesu  
 Christi, uoluntati tuæ usque ad  
 mortem firmus obedientes filij.  
 Idem enim filius tuus, ut nobis  
 exemplo esset, quum iam hora  
 passionis imminente, maximis  
 & corporis & animi doloris  
 bus cruciaretur, dixit: Pater mi  
 si fieri potest, transeat a me ca-  
 lix iste, calix, inquam, amarissi-  
 mæ passionis: ueruntamen fiat  
 quod tu uis, & non quod ego  
 uolo. Da igitur o' pater, erube-  
 scamus nostram uolūtatem tuæ  
 sanctissimæ uoluntati præfer-  
 re. Tua nempe uoluntas uult

Mat. 26  
 Luc. 22

PRECATIO

nos castos purosq; ab omnibus  
 huius mundi inquinamentis ma-  
 nere, filij tui Iesu Christi amorē,  
 & pro beneficijs in nos collatis  
 magnitudinem, præferri omni-  
 bus huius seculi bonis: uult ut ne-  
 mini irascamur, neminem cōui-  
 tijs laceremus, inuideamus nul-  
 li, nec in proximum habeamus  
 animum uindicē: sed pro males-  
 factis, pietatis & charitatis offi-  
 cia reddamus: & pessima quæq;  
 potius pati, quam a tua sanctissi-  
 ma uoluntate discedere. Dirige  
 gressus nostros o' pater secundū  
 eloquium tuum: ut nō domines-  
 tur in nobis omnis iniustitia:  
 Psal. 85 Deduc nos pater in uia tua, ut  
 ingrediamur in ueritate tua. Læ-  
 tetur

## DOMINICA.

tetur cor nostrum & timeat no-  
men tuum. Hoc enim est tuam  
fieri uoluntatem, non nostram,  
si tu nobis dux & seruator fue-  
ris. Da obsecramus o' pater, ut  
omnis fortunæ, omnium aduer-  
sitatum, omnium dolorum, cru-  
ciatumq; & ægritudinum sis  
mus uictores. Da tyrannides &  
uim potentiorum patienter fer-  
re. Et in hoc tuam agnoscamus  
fieri uoluntatem. Da nobis for-  
titudinem, ne infelicitas inimico-  
rum nobis sit gaudio, & amico-  
rum felicitate nimiū eleuemur.  
Sed utrunque forti & æquo  
animo feramus. Da nobis in hu-  
militate conuersationem, in fi-  
de constantiam, in uerbis mo-  
desti



PRECATIO

desitiam, in factis iustitiam & pietatem, in operibus misericordiam, in moribus disciplinam, cum fratribus pacem nullo fine dirimendam. Fac te tanquam patrem perpetuo amemus, & tanquam Deum creatorem nostrum timeamus: hoc enim tuam est facere uoluntatem, ei coheredem Christi in regno tuo fieri: cuius nomen sit perpetuo benedictum, Amen.

Fiat, *inquam*, uoluntas tua, sicut in caelo & in terra.

O pater, quemadmodum uoluntas tua in angelis & caelestibus ciuibus perfecta est, qui tibi unanimes seruiunt, tuæque diuinae uoluntati summo studio adherent

DOMINICA.

hærent: Ita quoq; uoluntas tua  
 in hominibus e` terra factis, & eã  
 habitãtibus, cõfirmetur & per-  
 fecta fiat, ut tibi semper adhæ-  
 reant, paci studeant, pacẽ ament,  
 pacem demum, quam nobis fi-  
 lius tuus pignus reliquit, perpe-  
 tuo complectantur. Et quemad-  
 modum in cœlis summa pax &  
 concordia est, ubi nemo tuæ di-  
 uinæ repugnat uoluntati: ita &  
 in terra homines Euangelio pas-  
 cis, diuinisq; iussionibus, unani-  
 mes, tranquille, absq; seditionis  
 bus pareant & obediant.

vel, Fiat uoluntas tua, si-  
 cut in cœlo & in terra.

O` pater quẽadmodũ in iustis  
 qui

PRECATIO

qui cœlis comparatur, ita quosque in peccatoribus & iniustis tua fiat uoluntas: ut scilicet explorata peccatorum turba, & immunis spiritibus eiectis, te deum, creatorem, moderatoremque suum, seque ipsos rursum agnoscere incipiant, & in signum gratiæ tuæ summa animi tranquillitate iterum ultro te autore redeant. Et sic non suam, sed tuam diuinam, ex fonte bonitatis promanantem, faciant uoluntatem. Et una cum iustis cœlo dignam uitam agentibus, te suum patrem diligant & obseruent.

vel, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra.

DOMINICA.

O' pater, quemadmodum spiritus nobis e' coelis immissus, tuæ consentit uoluntati: ita quoq; caro consentiat, nec tuæ sanctissimæ uoluntati repugnet, uerum unius cum spiritu sit uoluntatis.

Non equidem maiorem digladiationem, & duriores habet pugnam humana infirmitas, quam colluctationem spiritus & carnis: quæ duo assiduo implacabili odio cõgrediuntur. Nam sicut caro contra spiritum concupiscit, ita & spiritus cõtra carnis indomitam uim fortissime pugnat: mutuoq; inter se, Apostolo teste, aduersantur: ut non quaecunque uouerimus, eadem faciamus. Ut cum Apostolo exclamare cogamur: Miser Rom. 7  
& in se

PRECATIO

& infelix ego, quis me eripiet ex  
 hoc corpore morti obnoxio? Acci-  
 piamus ergo & intelligamus hanc  
 particulam dominicæ precationis, ut-  
 cunque uoluerimus: uult doctor, &  
 seruator noster Iesus Christus, nos  
 hic tam innocentem uiuere uitam, ut  
 cum superis uideamur habere uitæ  
 communem consuetudinem, & con-  
 uersationem cœlis dignam. Atque ita  
 faciamus & loquamur omnia, ac si  
 cœli iam simus habitatores, & inter  
 angelicos choros & ciues cœlestes  
 contubernium habeamus. Et ut tales  
 simus, conscientiarumq; ab omni sorde  
 defecatam purgemus, assiduo pa-  
 trem cœlestem precari iubemur. Por-  
 rò patre cœlesti autore, possibile est

## DOMINICA.

nos in carne & terrarum regione  
 adhuc degentes cœlestibus ciuibus  
 pares fieri, ut caro scilicet spiritus im-  
 perio pareat, uoluntatiq; diuinæ an-  
 gelorum exemplo in omnibus obse-  
 quatur. Precari, inquam, iubemur,  
 ut quemadmodum potentes uirtute  
 faciunt uerbum eius, id est, uolunta-  
 tem suam: ita & nos, quæ diuinæ &  
 non nostræ sunt uoluntatis, sine gra-  
 ui pugna carnis & spiritus facia-  
 mus, uel saltem ut carnis uires com-  
 primantur, ne spiritum uictum tra-  
 hat quò uelit, & sic nostra uoluntas  
 mala, uoluntati diuinæ reluctetur.

Fiat propterea o' pater tua uo-  
 luntas ubiq; & explosis uitioꝝ  
 turbis

P R E C A T I O

turbis, uirtus triūphet, inq̄ tuo  
cultu nihil penitus terrena à cœ  
lestibus distent. Sed unanimi spi  
ritu tuā semper faciamus uolun  
tatem. Adiuuante nos filio tuo  
domino nostro Iesu Christo,  
qui à dextris tuis primam tenet  
sedem in omnia secula. Amen.

P R E C A T I O.

**O** Pater cœlestis, cuius uolū  
tas est optima quæq̄ uelle,  
& facere. Nostra uero uoluntas  
semper mala uel ad malum pro  
na, & spiritus noster nobis à su  
peris & regno tuo immisus gra  
ues cum carne, pestilenti hoste,  
sustinet pugnas, tuæq̄ diuinæ  
propterea repugnat uoluntati.  
Da quæsumus, ut pacatis spi  
ritu

## DOMINICA.

ritu & carne, exemplo filij tui  
domini nostri Iesu Christi, tuæ  
uscq; ad mortē diuinæ obsequas  
mur uoluntati. Et quemadmo-  
dum in angelis & cœlestibus  
tuis ciuibus summa est concor-  
dantia & pacis trāquillitas, quæ  
que in omnibus unanimi spis  
ritu tuam semper faciunt uo-  
luntatem: ita & nos te patre  
nostro autore, contemptis hu-  
ius mundi blandimentis, uis-  
ctis animi affectibus, & omni-  
bus fortunæ oppugnationibus,  
tuam, non nostram semper fas-  
ciamus uoluntatem. Præstans  
te nobis patrociniū domino  
nostro Iesu Christo, qui sub  
uno sceptro cœlum & terram,



P R E C A T I O

& omnia quæ in eis sunt, in unitate spiritus sancti in omnia secula tecum moderatur & regit deus, Amen.

Q V A R T A P R E C A  
tionis dominice  
petitio.

Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie.

Panis  
ctus.

O' pater noster creator cœlorum terrarumq̃, qui pascis & alis omnia animantia, quibus uitam dedisti; et pullis coruorum, quibus parētes uictum negant, omnibusq̃ te inuocantibus largis  
giris

DOMINICA.

giris escam. Da nobis filijs tuis  
 in hæreditatem regni cœlestis  
 cooptatis & selectis, quotidias  
 nam alimoniam & corpori nos-  
 stro uictum necessarium, ut sas-  
 turati cibo, per te, ad usum nos-  
 strum creato, tibi quieti & trans-  
 quilli seruiamus: gratias quę tibi  
 nostro alitori pro tantis in  
 nos collatis beneficijs assiduo as-  
 gamus, ad gloriam & laudem  
 nominis tui.

*Docuit nos Christus in hac peti-  
 tione, non diuitias, non delitias, non  
 honores, nō preciose uestis ornatū,  
 non uanas mundi pompas, nec reli-  
 quas id genus res fluxas, humano  
 uictui minime necessarias, iuxta illud*  
 d 2 quod

PRECATIO

**PROV. 30** quod in Prouerbijs dicitur: Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, sed tantum tribue uictui meo necessaria. Et iussit peti nostrum panem, non meum priuatū: ut nemo peculiariter quotidianum panem, & necessarium uictum sibi uendicet. Omnia nempe quæ nobis deus Pater noster dat, non solum nobis, uerumetiam alijs per nos largitur, ut scilicet de eo quod à deo accepimus, etiā partem egentibus faciamus. Porro qui nihil cōmune facit indigentibus, non modo suum, uerumetiam alienum

**LUC. 16.** manducat. Nec sibi de mammona iniquitatis amicos facit. Iussit præterea hodiernum peti panem, ut nequaquam ulterioris diei cura nobis mole

DOMINICA.

molesta sit. Neq; eius diei torqueamur sollicitudine, quo nescimus nos usuros. Propterea idem formator noster Iesus Christus in sequentibus prolixius docet, nos minime debere sollicitos esse de die crastino, Mat. 6.

Crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. Per quod uoluit nos undiq; accinctos & firmatos esse, & ueluti quibusdam fidei pennis instructos, semper ad cœlestia uolare, nec amplius naturæ indulgendum, quàm à nobis necessitatis usus exposcit. Sic & Apostolus monet: Habentes uilium & tegmentum, inquit, his contenti simus: per quod adimit nobis rerum proprietatem, ut discamus honestam colere paupertatem.

1. Tim. 6  
Cyrilli  
sententia.

PRECATIO

*Vel sic orandum:*

Panis su-  
per sub-  
stantialis.

O' pater cœlestis, da nobis ho-  
die quotidianū panē, non quidē  
istum qui in corpus transit, sed  
panem uitæ æternæ: panem an-  
gelorum, panem supersubstan-  
tialē, qui animæ nostræ fulcit  
substantiam, conscientiamq; la-  
befactatā confirmat. Hūc nobis  
o' pater da panem, qui uitā no-  
bis confert perennem: da nobis  
corpus dñi nostri Iesu Christi,  
ut tecum in omnia secula uiuere  
mereamur. Hāc enim uitā, idem  
tuus filius Iesus Christus mādu-  
cantibus hūc panē cœlestē, pmi-  
sit: Cū seipsum dicit panē uiuū e'  
cœlis missum, & qui hunc panē  
manducat, uiuit in æternum.

*propter*

Propterea & hunc panem in-  
 dies manducare iubemur, ne pecca-  
 torum mole pressi, à Christi corpo-  
 re separemur, cuius sumus membra.  
 Et est hic panis cibus animarũ quo-  
 tidie debet ali anima, ut quo-  
 tidie ei proffit. Sicq; nobis uiuẽdum,  
 ut quotidie accipere mereamur, uul-  
 neribusq; peccatorum medeamur.  
 Medemur autẽ uulneri peccatorũ,  
 si dijudicantes corpus domini, di-  
 gne hunc panem & sæpe mandu-  
 cauerimus. Et dicitur panis noster  
 quotidianus: quotidie enim pecca-  
 tores sumus, propterea quotidie hũc  
 panem in remissionem peccatorum  
 accipere debemus. Non potest mor-  
 talis infirmitas sine peccatis uiuere:

PRECATIO

quotidie ergo hic panis mysticus accipiendus est, qui animæ laboranti, & peccatis obrutæ certissima est medicina, & præsentissimum remedium. Quotiescunq; enim hunc panem manducamus, mortem domini, resurrectionem domini, eleuationem domini, remissionem demum peccatorum significamus & annunciamus. Qui itaq; uulnus habet, medicinam requirat. Vulnus peccatû est, medicina cœlestis est sacramentum, quod si quotidie accipimus, quotidie nobis hodie est. Si uero nobis quotidie est hodie, quotidie nobis Christus resurgit, &c. Accipimus itaque hanc uoculam **HODIE**, pro toto uitæ tempore, ut scilicet qui digne hunc panem

Hodie.

panem

DOMINICA.

panē in hac uita accipere meruerūt,  
 in æternum spiritali hoc cibo, iuxta  
 euangelicam promissionem, satura=  
 buntur. Et hæc quarta petitio, quem=  
 admodum & reliquæ tres sequentes,  
 ad præsentis uitæ necessitatem perti=  
 nent & referuntur. Licet enim panis  
 iste spiritalis quotidianus sit sempi=  
 ternus, ad hoc tamen tempus perti=  
 net, in quantum scilicet ministratur  
 animæ, quibusdam signis & dictis,  
 uel scriptis. Nunc quoq; peccata re=  
 mittimus, nobisq; remittuntur. Ten=  
 tationes quoq; hic uitæ nostræ insi=  
 dantur, & negotium nobis faciunt.  
 Et liberatio à malo ad hanc perti=  
 net uitam. Dei equidem iustitia in  
 mortem labimur, unde per ipsius



P R E C A T I O

*misericordiam sumus eripiendi, & indies eripimur. De his hactenus, redeundum unde præter institutum sumus digressi.*

**Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.**

**Panis diuinorum præceptorum.** O pater, da nobis hodie panem quotidianum, id est, meditationem diuinorum præceptorum, quæ quotidie meditari & operari debemus. Ita enim iussit filius tuus Iesus Christus, dicens, **Ioan. 6.** Operemini cibum, non quod perit, sed qui permanet in æternam uitam, quæ filius hominis dabit uobis.

**Ioan. 6.** Operari autem opus dei patris nostri & in mandatis eius ambulare, est credere in eum quem misit ille,

## DOMINICA.

ille, sermonesq; eius seruare: Qui  
 enim (inquit Christus) habet præ- Ioan. 13  
 cepta mea & seruat ea, ille est qui Marc. 3  
 me diligit: qui autem diligit me, Lucæ. 8.  
 diligetur à patre meo: & ego di-  
 ligam eum, & aperiam ei meipsum.  
 Et hæc charitas dei, ut eius præce-  
 pta seruemus, & præcepta eius gra- Ioan. 5.  
 uia non sunt. Omnia nempe domi- Psal. 100  
 ni mandata fidelia, sunt confirmata Psal. 18.  
 in seculum seculi, facta in ueritate  
 & æquitate: maledicti ergo qui de-  
 clinant à mandatis domini. Porro in  
 hoc scimus nos dominum cognosce-  
 re, si mandata eius obseruemus. Qui 1. Ioã. 26  
 enim dicit se deum cognoscere, &  
 mandata eius non custodit, mendax  
 est, & in eo ueritas non est. Petimus  
 itaq;

PRECATIO

itaq; hūc panē, præcepta scilicet di-  
 uina, quotidie nobis dari, quæ animæ  
 nostræ præstant alimoniam spiritua-  
 lem: qua si quis uescitur, saturabitur  
 in omnia secula, iuxta euangelicam  
 Matt. 9. promissionē. Si uis (inquit Christus)  
 ad uitam ingredi, serua mandata cum  
 affectu, qui legem implet.

vel, Panem nostrum quoti-  
 dianum da nobis hodie.

O pater da nobis hodie panē  
 nostrū quotidianū, id est, intelles-  
 ctū diuini uerbi, qui nobis ad res-  
 sarcendas animæ ruinas necessa-  
 rius est: hūc nobis o' p'r da panē,  
 ut eo aliti & confortati, ad illam  
 perfectam absolutāq; uitę beatę  
 saturitatē peruenire mereamur.

Not

## DOMINICA.

Non equidem in solo pane uiuit Luca. 4.  
 homo, sed in omni uerbo, quod pro=Deut. 12.  
 cedit de ore dei. Et qui ex deo est, Luca. 9.  
 hoc uescitur pane, id est, audit uer=Ioan. 8.  
 bum dei, illudq; custodit. Propterea  
 iubet scriptura, ut simus mansueti ad Ecc. 5. c  
 audiendum uerbum Dei, ut cum fru  
 ctu intelligamus, & cum sapientia  
 proferamus responsum uerum. Ser=  
 uator praeterea doctorq; noster di=Ioan. 14.  
 cit: Si quis diligit me, sermonem meum  
 seruabit, & pater meus diligit eum,  
 & ad eum ueniemus, & mansio=  
 nem apud eum faciemus. Et alibi, Ioan. 8.  
 Si manseritis in uerbo meo, uere disci=  
 puli mei eritis, & cognoscetis ueri=  
 tatem, & ueritas liberabit uos. Sum=  
 mo itaq; studio conandum, ut tem=  
 plum

PRECATIO

plum corporis nostri hoc pane uita, scilicet uerbo, instauremus & sanguinem: ut & filius & pater se dignas in nobis mansiones inueniant. Audiamus filium docentem, quem pater diligit, in quo sibi complacuit, qui episcopus animarum nostrarum est, qui nobis apud deum patrem aduocatus est: Conciliator, mediatorque nobis constitutus, de quo scriptura:

**Deut. 18** Suscitabo, inquit, eis prophetam de medio fratrum suorum similem tui: & ponam uerba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quae precepero. Qui autem ea quae loquetur in nomine meo noluerit audire, ego ultor existam. Hic propheta Christus est, qui nobis scripturarum intel-  
telle

## DOMINICA.

tellectum & abstrusas sententias a-  
 perit, quem qui non audierit, maledi-  
 ctus est, et à deo alienissimus. Omnis  
 enim qui transgreditur doctrinam  
 Christi, & in doctrina Christi non  
 manet, deum non habet. Qui in do- Bea. Ioã.  
Epist. 1.  
 ctina Christi manet, hic patrem &  
 filium habet. Si quis uenit ad uos  
 & hanc doctrinam non adfert, ne  
 recipiatis eum in domum, nec aue  
 ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue,  
 communicat eius operibus malis.  
 Beati ergo qui hunc prophetam Ie- Luca. 9.  
 sum Christum audiunt, eiusq; uerba  
 cū affectu & opere custodiunt. Ser-  
 mo enim dei Christi; nostri igni- Matt. 7.  
 tus est clypeus: Auditores nanq; &  
 custodes huius sermonis, eo tanquã  
 ignito

PRECATIO

Heb. 4.

ignito utuntur & proteguntur clypeo, eoq; communiti, nihil timent, diabolum & imperium eius sub pedes mittunt. Porro uiuus & efficax est sermo dei, & penetrantior quouis gladio utrinq; scindente, ac pertingens usq; ad diuisionem animæ simul ac spiritus, cōpagumq; ac medullarum, & discretor cogitationū & intētionum cordis. Vt ergo quotidianus iste panis, panis, in quā, uetus humanis usibus necessarius, panis uitæ è coelis emissus, panis diuinorum præceptorum, panis demum diuini uerbi, quod tantæ est efficaciæ & uirtutis, nobis hodie & semper detur, hoc pacto pater coelestis orandus compellendusq; est:

Oratio

## DOMINICA.

## ORATIO.

**O** Pater cœlestis, in quo ui-  
uimus, mouemur, & sus-  
mus, qui alis & pascis cuncta  
quæ sub cœlis sunt animans  
tia. Da nobis filijs tuis ad imagi-  
nem numinis tui creatis & effi-  
giatis, quotidianum & ad neces-  
sitatibus usum uictum, ut præsen-  
tis alimonix subsidijs adiuti,  
sempiterna liberius appetamus.  
Da nobis o' pater quotidie pan-  
nem uiuum e' summis cœlis no-  
bis demissum, ut hoc pane satus  
rati, in omnia secula tecum ui-  
uamus. Da nobis panem diuini  
uerbi, quod esurientem pascit ac  
nimam, eiusq; ruinas refarcit:  
ut hoc pane aliti & satiati, nun-  
e quam



PRECATIO

quàm esuriamus. Da nobis deum panem diuinorum præceptorum in ueritate ac æquitate factorum, ut in his ambulemus, in his exerceamur, eorumque nunquam obliuiscamur, ut in æternum tecum ambrosia & nectare saturemur: Aduocato nostro Iesu Christo, nobis apud te patrocinium præstante, qui unum cum spiritu sancto in cœlis tecum uiuit & regnat deus in omnia secula, Amen.

QVINTA PRECATIONIS  
dominicæ  
petitio.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos  
dimit

dimittimus debitoribus  
nostris.

O' pater cuius misericordię nō  
est numerus, qui ad ignoscendū  
facilis & multus es: neque cum  
seruis tuis ueniam precātib; in  
iudiciū descendis: nec ad tribu-  
nal iustitię tuę peccatorē, cuius  
nō uis mortem, mox uocas: Sed  
debitoribus tuis, qui indies tot  
iniurijs & piaculis maiestatē di-  
uini nominis tui offendūt, ad cō-  
donandum errata te nō præbes  
difficilem: Et super omnia com-  
missę malitię & impietatis des-  
testaris memoriam, & noxam  
semel remissam adeo deles &  
obliteras, ut ne uestigium quis

PRECATIO

dem aut apex memoriæ commissi peccati in conspectu tuo reperiatur. Da nobis o pater ut hostibus & lædentibus nos simus faciles & beneuoli. Ostende nobis compendiosam & à malis liberationis uiam. Vt scilicet fratri & conseruo in nos commissa remittamus piacula & errata, ut puras manus sine ira & disceptatione ad te deum patrem nostrum leuemus. Ne dum nobis misericordiam postulamus, nobis ipsis imprecemur, dum amarius in proximum mouemur & concitatur, uindicem habentes animam, noxam in nos commissam non remittendo, in quo tamen nullus est labor. In retinendis uero inimici

1. Tim. 2

## DOMINICA.

micitijs, odijs, & simulatibus,  
labor omnium maximus.

Quis enim optimi conciuēs, labor  
est, si petenti fratri condono errata?  
Profecto labor nullus est. Siquidem  
inuidia liberari, liuoris iracundiæq;  
solicitudine leuari, magnam reddit  
menti nostræ quietem. Odium uero  
assiduò in animo gerere, inuidia tor-  
queri, nullum maius reperiri potest  
tormentum, ut testes nobis sunt ini-  
micitarum appetentes, & odij a-  
mantes. Quibus assiduus in ore li-  
uor, & maxima animi inquietudo  
est. Quæ cum ita sint suauissimi con-  
ciues, ut uobis etiam in liminari pa-  
gina dixi, euomendū omne maligni-  
tatis uenenum, dissoluēdi inimicitia-

PRECATIO

rum, simultatum, & seditio-  
 rum. Et iram iam in nobis in exitum pro-  
 ximi paratam sedanda: tumentes ani-  
 mi fluctus, tranquillitate pacis repris-  
 mendi: ut demum omnem concepti  
 odij rancorem & malevolentiam  
 deponentes, trucemque meditatae uin-  
 dictae pacantes animum, talem erga  
 nos experiamur, sentiamusque deum,  
 quales erga conseruos & fratres  
 existimus. Porro plurimam nobis  
 preparabimus misericordiam, si ini-  
 micis nostris pro passis iniurijs, be-  
 neficia reddiderimus, & debita re-  
 miserimus. Si enim, inquit Christus  
 IESVS, dimiseritis hominibus er-  
 rata sua, remittet & uobis pater coe-  
 lestus errata uestra: quod si non re-  
 miser

DOMINICA.

miseritis hominibus errata sua, nec  
pater remittet uobis errata uestra.

Nihil enim (ut inquit ille) est quod Chryso.  
oratio do  
minica.

nos deo reddit similiores, quam si  
malignis & ledentibus nos sumus  
placabiles: hoc est quod dicit Chri-

stus, Si peccauerit in te frater tuus,  
increpa illum: Si poenituerit, remitte Luce. 18  
Leui. 19  
Deut. 23

illi, & si septies in die peccauerit in  
te, septiesq; in die conuersus fuerit ad  
te, dicens, poenitet me, remitte illi.

Nec solum remittenda sunt in nos  
commissa errata, uerumetiam dili-  
gendi sunt inimici nostri, ex praece-  
pto doctoris, formatorisq; nostri Matt. 5a

IESU Christi: qui iubet nos dilige-  
re inimicos, bene precari deuouenti-  
bus nos, benefacere his qui nos odio

PRECATIO

**Matt. 5.** *persequuntur: orare pro his qui laedunt & insectantur nos: ut simus filij patris nostri, qui in caelis est: qui solem suum sinit oriri super malos & bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos. Exemplo ergo patris nostri caelestis hostes & inimici diligendi, non solum amici. Si enim diligimus amantes nos, nihil nobis praemij constitutum est, nec expectandum est. Nam & hoc publicani & pessimi quique faciunt homines. Propterea ut perfecti simus, quemadmodum & pater noster perfectus est, debemus inimicos diligere, & omnem in nos commissam iniuriam remittere: uult enim dominus communem legem dilectionis huma-*

## DOMINICA.

na, lege dilectionis Euangelicæ su-  
 perare: ut non solū circa eos qui nos  
 diligunt, uerum etiam erga inimicos  
 nostri amoris affectum & studium  
 ostendamus: ut ueræ pietatis & bo-  
 nitatis paternæ in hoc exēplum imi-  
 tetur. Et hoc est quod dicit prophe-  
 ta, Domine deus meus si feci istud. *Psal. 9.*  
 Si reddidi retribuentibus mihi mala,  
 decidam merito ab inimicis meis ina-  
 nis. Et in eandem sententiam patien-  
 tiæ illud speculum sanctissimus Iob  
 loquitur: Qui si gausus sum, inquit, *Iob. 31.*  
 in delicto inimici mei: si dixi in cor-  
 de meo, benefactum est, audiat au-  
 ris mea maledictionē. En quàm can-  
 dide uiri isti sanctissimi nobis ad o-  
 culum quasi depingunt dilectionem  
 e s erga



PRECATIO

erga hostes habēdam: nihilq; in exitium inimicorum machinandum, nec de infelicitate deuouentium nos, gaudendum. Si uero tentatoris malis artibus circumuenti fuerimus, ut nobis persuadeamus, tantis iniurijs nos laesos, tantis conuitijs laceſitos, tantis demum incommodis grauatos, ut uindicem habeamus animum, & arbitremur nos non posse tanta in nos errata commissa remittere: Cogitandum nobis est quantis indicis piaculis, & pessimis quibusq; peccatorum monstris patrem nostrum, Deum nostrum maximum offendimus: Et quantorum indicis malorum rei simus, qui tamen ueniam precantibus, uel pessimis & sceleratissimis

## DOMINICA.

simis peccatoribus omnia remittit  
 errata, modo ipsi debitoribus suis re-  
 mittant, & indulgentissimus in filios  
 est pater. Si hæc tam locupletia be-  
 neficia nobis subierint in mentem,  
 facile tam pij patris exemplo omnia  
 hosti condonabimus errata, & de-  
 bita. Et per debita hic peccata acci-  
 pinus, quæ nos debitores consti-  
 tuunt, & deo odibiles reddunt, cum  
 quo, ut sine negotio in gratiam re-  
 deamus, iubet Christus, & idẽ deus  
 noster, remitti debita inimico ueniam  
 petenti: quam si non petierit, preca-  
 ri debemus, ut ex hoste nobis frater  
 fiat: quod nisi fecerimus, grauiores  
 nos ipsos deo patri debitores consti-  
 tuimus: Et oratio nostra nobis fiet in  
 pec

PRECATIO

Psal. 103 peccatum, iuxta illud, Et oratio eius  
 fiat in peccatum. Quandoqui-  
 dem quid aliud est, quàm nobis ipsis  
 imprecari? Et nos ipsos deuouere? Si  
 à deo erratorum remissionem pre-  
 cati fuerimus, & tamen in nos com-  
 missa errata remittere noluerimus,  
 idem est ac si diceremus: Nolumus  
 inimico remittere noxam, & nihilo  
 secius coram deo submurmuramus,  
 dimitte nobis debita nostra, sicut &  
 nos dimittimus debitoribus nostris:  
 nihil hoc aliud est, quàm si dicere-  
 mus: Debitor es tui sumus ô pater,  
 et nobis nonnulli sunt debitorum, qui-  
 bus cum nolumus quod in nos pec-  
 carunt uel quod nobis debet remit-  
 tere: Et tu quoq; ne remittas nobis  
 errata

## DOMINICA.

errata nostra. O impietatem hu-  
 manæ mentis: ô cæcum iudiciũ, quod  
 precipites dat animas nostras in  
 perpetuos cruciatus. In corpus qui-  
 dem scuire tolerabile, animam uero  
 inæstimabili pretio redemptam per-  
 dere, impijssimum, et scelus omnium  
 pessimum est. Reperiuntur proho-  
 lor multi mentis malè sanæ homines,  
 qui cum nolint in se peccantibus re-  
 mittere, dominicam orationẽ, aut di-  
 cere nolũt, aut uerba mutant. Sed se  
 ipsos scioli isti & infelices homines  
 defraudãt. Nec eos precantes exau-  
 dit pater, qui filij sui cognoscit uer-  
 ba. Quemadmodum enim Chirurgi-  
 cus nõ medetur uulneri, quandiu in  
 eo est ferrum: Sic & nulla prodest  
 ora

PRECATIO

oratio, quandiu mens nostra dolo,  
 odio, inuidia, & reliquis id genus  
 sceleribus inquitata est. Orandum  
 itaq; est, ut pater cœlestis, nobis do-  
 net gratiam remittendi debita in nos  
 commissa: ut eandem remissionis gra-  
 tiam à patre nostro cœlesti conse-  
 quamur: Autore domino nostro Ie-  
 su Christo, cui gloria & imperium  
 in omnia secula, Amen.

ORATIO.

Exod. 34. **O** Pater cœlestis, dominator  
 domine deus, misericors &  
 clemens, patiens & multæ mise-  
 rationis, custosq; misericordiæ  
 & pietatis, qui nobis infelicibus  
 hominibus mille peccatorum  
 reis

## DOMINICA.

reis, mille miserationis, mansuetudinis, & pietatis erga proximos præbes occasiones, facilisq; & compendiosam remissionis erratorum uiam ostēdis. Vtq; nos perditos peccatores ad ouile clementiæ tuæ omnino reuoces, nobis remittis errata, quibus te deū creatoremq; nostrum indies offendimus, modo & nos debitoribus nostris remittamus. Da precamur, ut serui cōseruis, filij fratribus, qui una nobiscū sanguine filij tui Iesu Christi, pretio illo magno redempti sunt, errata remittamus, ut remissionis tuæ gratia digni reddamur: Autore eodem filio tuo domino nostro Iesu Christo, cui  
ccelo

PRECATIO

cœlorum ciues laudem & gloriam in excelsis, in omnia secula canunt, Amen.

SEXTA PRECA-  
tionis dominicæ  
petitio.

**Et ne nos inducas in  
tentationem.**

*Audiuimus ab initio precationis dominicæ multa & magna, ut scilicet deum patrem nostrum libere appellemus: genus nostrum è cœlis, ubi coelestem habemus patrem, esse cognoscamus: ut regni dei aduentum expectemus, modo id ut adueniat, petamus: uoluntatem dei patris nostri in nobis, quemadmodum in cœlestibus*





PREGATIO

fidia semper exposcamus; ut nobis pugnantibus, & tentationibus obrutis, & anxie laborantibus, medio certamine felicem nobis ipsius congressus exitum præstet. Hoc enim pacto nostra clarior incipiet esse uictoria. Et diaboli hostis nostri pugna infelicior ridebitur, qui omni momento contra nos infatigabili certamine digladiatur, & præliatur. Protracti igitur in medium spectaculi, fortiter nobis pugnandum. Vocati uero in pugnam, non est nobis temere properandum, sed tempus certaminis cum fide in deum, expectandum, ut nos & uacuos gloriæ amore, & plenos constantiæ uirtute ostendamus: qua uirtute ut communiamur,

sic

## DOMINICA.

*sic orandus, inuocandusq; à nobis  
est deus pater noster:*

O pater cœlestis, ne tradas be Psal. 73

stis animas confitentium tibi, nec  
in manus tribulantium nos: qui  
insurrexerunt in nos, ad perdend-

dum nos totos. Non quidem re-

cusamus subire tentationum pe-

ricula, modo tu pater nobis uir-

res & animum præstes, contra

tentatoris impias artes, ne carnis

uoluptate absorbeamur, mundi

cupiditate delictisq; obruamur,

& diabolicis insultibus perdamur: Domine pater & Deus uir-

tæ nostræ, ne derelinquas nos

in cogitatu maligno. Et consil-

io eorum non sinas nos cadere

in illa exprobratione. Extollens

PRECATIO

tiam oculorū ne dederis nobis:  
 Et omne desiderium prauum auerte a nobis: uentris concupiscentiam, & concubitus concupiscentiæ ne apprehendant nos, & animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas nos. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. A resistētib; dextræ tuæ custodi nos, ut pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege nos, a facie impiorum, qui nos afflixerint.

**Psal. 16** Surge domine præueni eos, & supplāta eos, eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Et autore filio tuo domino nostro Iesu Christo, uictores simus omniū

*tenta*

## DOMINICA.

tentationum, & potissimū tuorum  
 pestilentissimorum hostiū,  
 mundi, carnis & diaboli: quos  
 idem filius tuus uincens, nobis  
 cœlos & gratiam tuam restituit.  
 Da nobis o' pater, ut illius  
 exemplo & præsidio, sub signis  
 crucis omnium hostium simus  
 uictores: quod facile nobis con-  
 tinget, modo idē tuus filius no-  
 bis pugnantibus & laborantibus  
 præsto fuerit, qui uictus uince-  
 bat. Et dum totus oppressus pu-  
 taretur, omnium inuictissimus  
 triumphator toti orbi est exhibi-  
 tus: hostemq; uictū & uinctum  
 ante currum triumphantem ui-  
 ctor egit: Cuius nomen sit be-  
 nedictum in omnia secula:

PRECATIO

Hoc pacto orandum, ne in tenta-  
 tiones inducamur, id est, ne pater  
 noster supra vires nostras nos ten-  
 tari permittat, ne à tentationibus su-  
 peremur, & sub onere ipso fœde la-  
 banur, ut cōtigit Pharaoni impijsi-  
 mo Tyranno, cuius cor deus indur-  
 rauit, id est, indurari permisit, ut  
 seipsum non agnosceret: Nec deum  
 sepius recta monentem audiret. Du-  
 cit tamen nos sæpe deus pater noster  
 in tentationem, & nos tentari per-  
 mittit, non ut perimat nos totos, sed  
 ut probet. Et tentat, non quasi ne-  
 sciens mentiū humanarū, & infirmi-  
 tatis nostræ: Sed ut nos sibi confiden-  
 tes mundo reddat manifestos, sicut  
 Ecclē. 17 scriptum est: Vasa figuli probat for-  
 nax

## DOMINICA.

nax, homines autem iustos tentatio  
 tribulationis. Sic Abrahamum mul-  
 tarum gentium patrem, in filio ten-  
 tauit & honorauit. Sic & Iob uirum  
 sanctum tradendo in periculosissi-  
 mas tentationes, probauit. Sic san-  
 ctos Apostolos, sic inuictissimos mar-  
 tyres, igni & ferro, infinitisq; tor-  
 mentorum generibus coronauit.  
 Vnde claret, huiusmodi tentationes  
 autore deo fieri, & diabolum huma-  
 ni generis hostem sine dei permis-  
 sione nihil posse, nihilq; habere ui-  
 rium. Diaboli quidem est suadere, no-  
 stri uero muneris est, per legis obser-  
 uationem persuasiones eius superare:  
 Exemplo Christi nostri, qui per le-  
 gis testimonia tētatoris positas insi-  
 f † dias

PRECATIO

**Prone. 3** dias inuasit & superauit. Et hoc est,  
 quod dicit scriptura: Nō deficias cū  
 à deo tentaris, id est, non diffidas, sed  
 tibi persuade, bona dei uoluntate ten-  
 tationes tibi immitti. Non enim, in-  
 quit deus, faciam furorem iræ meæ,  
 non cōuertor, & disperdā Ephra-  
 im, quoniam deus saluator sum ego,  
 non homo. Cum itaq; iudicamur &  
 tentamur, à domino corripimur: ubi  
 unica consolatio, omnes tentationes  
 bona dei uoluntate fieri pro salute  
 nostra, ne cum hoc mundo & infi-  
 delibus damnemur: Debemus igitur  
 tentationes, tanquam opera piæ er-  
 ga nos dei uoluntatis complecti, co-  
 gitareq; deum patrem nostrum dili-  
 gere filios, quos castigat. Porro præ-  
 stat

## DOMINICA.

stat, nos hic à domino leuibus tenta-  
 tionum malis corripì, quàm in illo  
 die iudicari. Cum enim leuibus malis  
 affligimur, à domino non extingui-  
 mur, nec toti perdimur, sed plagis  
 emendamur: ne in æternum post hęc  
 uitam cum mundo damnemur. Con-  
 suevit itaq; nos pater uarijs flagel-  
 lis castigare, ut emendatiorem red-  
 damus uitam nostram, & mentis no-  
 stræ superbiam frangamus: Ne ele-  
 uet sese supra id, quod est Deus. Et  
 hoc est quod dixit in eandem senten-  
 tiam psaltes mysticus. *Quantas mi-* Psal. 70  
*hi, ostēdisti tribulationes, multas &*  
*malas: & conuersus uiuificasti me,*  
*& de abyssis terræ iterum redu-*  
*xisti me. Proinde sæpe tentamur, ut*



PRECATIO

Iob. 7 *exerceamur, & omnes hostis ictus  
 excipere discamus. Si enim nullus  
 esset hostis, nulla esset pugna: si nul-  
 la pugna, nulla esset uictoria: si nul-  
 la uictoria, nulla corona uictoriae  
 daretur. Cogitandū propterea uitam  
 nostram militiam esse in terris: &  
 1. Cor. 10 fidelem esse deum, qui non sinit nos  
 supra uires nostras tentari, modo cō-  
 fidamus gratiae & misericordiae eius:  
 sed faciet unā cum tentatione pro-  
 uentū, quò ferre possimus. Discimus  
 ex hac sexta petitione precatōnis  
 dominicae, quam infelix sit uita no-  
 stra in hoc mortalium aggere: quia  
 mera tentatio: nemo sibi hic pacem,  
 & uitae tranquillitatem potest pol-  
 liceri. Cum uita nostra sit omnibus  
 telis*

## DOMINICA.

telis hostis insidiatoris subiecta, discriminibusq; plena. Idcirco non precamur, ut auferantur tentationes à nobis: Sed ne toti in tentationes inducamur, & penitus immergamur, ut eripi nō possimus. Et orandum, ne uoluntate tentationibus consentiamus, atq; oppressi toti uincamur, & hosti in prædā demur. Qui enim per cōsensum eò inclinatur uoluntatem suā, à peccato uincitur, & seruus fit peccati. Quoties igitur (ut antea diximus) tentamur, ad præsidium patris nostri, & ad inuictæ fidei castra cōfugiendum, persuadentes nobis, gratiam & misericordiam patris nostri fortiores esse omnibus telis hostis insidiatoris. Si uero  
 pro

PRECATIO

proprijs uiribus confisi, propriaq;  
 uirtute cum hoste congressi fueris-  
 mus, foedissime labemur, & tergatur  
 piter dabimus. Legimus quidem mul-  
 tos, qui exemplo inuictissimorum  
 martyrum in nascenti ecclesia, ne-  
 glecto dei praesidio, propria uirtu-  
 te cōfisi, ultrò magis audaces, quam  
 fideles, in medium profilierunt, ut  
 inter martyres fortè numerarentur,  
 & celebre haberent nomen in eccle-  
 sia dei. Protracti uero ad pugnam,  
 & ad faciem tribunalq; iudicum,  
 astantibus cum fascibus apparitoriz-  
 bus, mox animo fracti ante certami-  
 nis initium, pro fidei ueritate &  
 Christi gloria subeundi, & Chris-  
 tum & Euangelium poenarum metu,  
 foede

Euseb. in  
 tripar. hi-  
 sto.

Chryso-  
 st. omil. 10

## DOMINICA.

fœde negauerunt, ad falsorum deo-  
 rum cultum redeuntes. Legimus itē Tho. 4<sup>o</sup>  
 & Omil.  
 21. Ad  
 Theodo-  
 rum mo-  
 nachum.  
 multos, qui infirmi & in fide nu-  
 tantes, propter cruciatuum neces-  
 sitatem, crudelitatemq; Christum ne-  
 gauerunt. Simile rursum, gratia &  
 fide Dei communiti & firmati, cer-  
 tamen aggressi, post durissimos con-  
 gressus, uictis tentationum insulti-  
 bus, triumphales meruere coronas:  
 Victoresq; ipsos, & crudelissimos  
 uicerunt Tyrannos. Et hi æternis  
 pœnis premuntur, isti uero æternis  
 gaudijs eriguntur. Fulget ecclesia  
 & eius fides supra splendorem so-  
 lis: Persequutores uero eius, perpe-  
 tuis tenebris conteguntur. Per quæ  
 exēpla admonemur, ut à deo patre  
 nostro

PRECATIO

nostro fidem, fortitudinem, & vires  
 contra tentationum insultus prece-  
 mur: qui in firmitatem nostram reda-  
 dat firmam. Ad quem si tuto confu-  
 gerimus, in tutū portum è tentatio-  
 num pelago nos reducet: modo ipsi  
 confidamus, & deū patrem nostrum  
 agnoscamus, cui gloria & imperium  
 in seculorum secula, Amen.

ORATIO.

**O** Pater cœlestis, dux & repa-  
 rator humanæ infirmitas-  
 tis: qui filium tuum Iesum Chri-  
 stum è summis cœlis, pro res-  
 tauratione nostra in terras des-  
 missum, propria uirtute omnes  
 tentatoris malas artes superare  
 uoluisti: Da quæsumus, ut nos  
 quoq;

DOMINICA.

quoque tētionum scopulis im-  
 pacti patientiam, fortitudinem,  
 & in omnibus tentionum pe-  
 riculis, paternum sentiamus pre-  
 sidium. Et uirtute eiusdem filij  
 tui domini nostri Iesu Christi,  
 omnes tentatoris malos pestife-  
 rosque conatus, in perniciem ruis-  
 nāque nostrā excogitatos, uinca-  
 mus: qui una tecū in unitate spi-  
 ritus sancti cœlorū terrarumque  
 est imperator, cui honor & glo-  
 ria in omnia secula, Amen.

VLTIMA PRECA

*tionis dominicæ*

*petitio.*

Sed libera nos à malo.

O clemētissime pater, cœlorū  
 terra

PRECATIO

terrarumq; & omnium quæ in  
 eis sunt, creator, princeps, &  
 moderator: cui de nobis ad ima  
 ginem tuam creatis & formatis,  
 cura est: qui Iesum Christū filiū  
 tuū e' coelestibus regnis, in hanc  
 infirmam uitiorū & omnis im  
 puritatis colluuiem & sentinam  
 demisisti: ut morte omnium cru  
 delissima, e' tenebrarum carces  
 re, omnibusq; malis nos eripe  
 ret. Libera nos a' malo, non mo  
 do in quod induci possumus,  
 uerum etiam in quod inducti  
 sumus. Tu es enim pater nos  
 ter, qui per prophetā dixisti: In  
 tribulatione inuocasti me, & li  
 beraui te, & exaudiui te in absco  
 dito tēpestatis: probaui te apud  
 aquam

Psal. 10

aquam contradictionis. Liberos P sal. 147  
 ra domine nos a' persequētibus  
 nos: quia confortati sunt super  
 nos. Tua enim liberatio nos li-  
 beros reddit, & in numero filio-  
 rum tuorum nos collocat, ut  
 spiritu adoptionis tuto clame-  
 mus, Abba pater. Libera, inquā, Rom. 8.  
 nos a' seditiōibus, bellis, factiōi-  
 bus, tumultibus, schismatis, ma-  
 lis mortibus, pestilentijs, ægris  
 tudinibus corporis & animi, me-  
 tu gehennæ, a' uinculis, carceri-  
 bus, exilio: a' malæ fortunæ ter-  
 riculamentis, & aridentis blan-  
 dimentis: & reliquis id genus  
 malis quibus miseri in hoc mun-  
 do premimur & impetimur. Scē-  
 timus & scimus indies nobis cū



PRECATIO

tribus pestilentissimis hostibus,  
 mundo, carne, & diabolo, princi-  
 pe huius mundi colluctandū. Vis-  
 res uero nostræ impares sunt,  
 absque tuo præsidio o' pater, cō-  
 gredi cum tantis hostibus, omni  
 armorum genere instructissis-  
 mis. Iuua ergo nos o' pater, pro-  
 stratos, & pene' uictos erige, las-  
 befactatas & infirmas conscien-  
 tias confirma: quod nisi feceris,  
 actum de nobis erit. Agnoscis-  
 mus enim nos oues morbidas et  
 multorum malorum scabie las-  
 borare, plenosq; peccatorum ul-  
 ceribus, & extra gratiæ tuæ oui-  
 le eiectos. Libera itaq; nos o' pa-  
 ter omnium clementissime, ab his,  
 omnibusq; malis, ad gloriam &

## DOMINICA.

laudem nominis tui sanctissimi:  
 ita tamē, ut tua nō nostra fiat uo-  
 luntas. Tuæ enim maiestatis uol-  
 untas præferenda est omnibus  
 nostris commodis, tranquillitas  
 tūq; corporis & animi.

Hoc pacto orandum, si exaudiri,  
 si à peccatis & tentationibus simul  
 eripi uoluerimus. Ex hac ultima Cypriani  
 sententia,  
 particula precationis dominicæ, &  
 consummatione orationis nostræ,  
 quadam collecta breuitate conclu-  
 dimus uniuersas nostras petitiones.  
 Cum enim precamur, Sed libera  
 nos à malo, comprehendimus cun-  
 cta aduersa, & pessimos quosque co-  
 natus, quos contra nos in hoc mūdo  
 diabolus molitur, à quibus possumus

PRECATIO

immunes esse, si nos deus pater noster liberet: Si deprecantibus atque implorantibus opem suam præstet. Cum autem dicimus, Sed libera nos à malo, nihil remanet, quod ultra postulari debeat uel possit. Cum enim semel dei patris nostri præsidium aduersus malum petamus, quo impetrato, contra omnes diaboli malas artes, & mundi blandimenta tentationesque animo inuicto, & conscientia patris nostri præsidio confirmata, securi stamus. Quis enim ei de seculo metus est, quis inferorum tenebras timet, cui cœlestis splendor patria est? Quis demum peccati seruitutem non excutit, qui se cœlestis patris filium agnoscit, & præsidia pater-

## DOMINICA.

na sibi præsto sentit? Et sunt qui per Chryso.  
sententia.  
malum hic diabolum accipiunt, cum  
quo assiduo congregamur, nulloq;  
foedere cum humano genere pacari  
potest. Vocatur autem malus pro-  
pter malignitatis suæ redundantiam,  
& in nullo à nobis læsus, infatigabi-  
li tamen certamine contra nos ar-  
ma sumit. Et pestilentissimas pesti-  
marum cogitationum & tentatio-  
num copias in castris suis habet, qui-  
bus nos oppugnat, oppugnatosq; sæ-  
pe uincit, & in perpetuæ mortis exi-  
tium pertrahit, draco ille hostis &  
generis humani defraudator. Cũ au-  
tem ab hoc, malo diabolo scilicet, li-  
beramur, liberi sumus, etiam ab amo-  
re huius mundi, cuius princeps est

PRECATIO

diabolus. Liberi erimus, inquam, à propria uoluntate, à peccato & inferno, à pœna & culpa. Precamur itaque (ut receptui canamus) in hac petitione, nos liberos fieri à malo presenti, præterito, & futuro: Et summo coniungi bono, qui est Deus pater noster, in seculorum secula benedictus, Amen.

ORATIO.

**O** Pater cœlestis liberator instauratorq; humanæ infirmitatis, & omnis incolumitatis autor, qui nos perditionis filios peccatiq; seruos, sub immanissimo turpissimoq; patre diabolo durissimã seruiētes seruitutem, à morte perpetua & diaboli imperio

## DOMINICA.

rio, omnibusq; malis per Iesum  
 Christum filium tuum liberasti,  
 & in cœlestis hæreditatis filios  
 iterum coadoptasti: Libera nos  
 quæsumus à malitia & implaca-  
 bili odio pestilentissimi draco-  
 nis, omnibusq; & corporis &  
 animi malis: ne nos filij tui ad  
 imaginem tuã creati, in æternũ  
 exitium pertrahamur: sed cœles-  
 tis patriæ incomparabili pretio  
 Christi filij tui sanguine nobis  
 emptæ, gaudio perfruamur. Ad  
 iuuante nos eodem filio tuo Ie-  
 su Christo, cui gloria in omnia  
 secula, Amen.

Amen.

*Hæc uox Augustino, & alijs docto-  
 ribus*

PRECATIO

ribus testibus, significat indubie ea à domino dari & conferri, quæ petimus, modo mens nostra inter orandum ad dei aures uolauerit. Et dicunt linguarum periti eam uocē esse Hebraicam, & apud Latinos significare firmiter, indubitanter, uerè, pro certo: eamq; fidem exprimit, quam in precationibus nostris necessariò debemus habere, si exaudiri uoluerimus. Debet enim fides nostra in oratione esse firma, indubitata, & certissima de promissione gratiæ & misericordiæ dei, quæ nobis passim per totum promittuntur Euangelium. Cum itaque dicimus, Amen, debemus nobis certissimò persuadere accepturos omnia, quæ in oratione do  
mini

## DOMINICA.

minica oraculo IESV CHRISTI  
 nobis tradita, precati sumus, qui di- Matt. 7.  
& 21  
 xit, Petite & dabitur uobis. Et quæ- Mar. 12  
 cunque petieritis patrem in nomine Luc. 11  
 meo, dabit uobis. Nec toties serua Io. 14, 15  
& 16  
 tor noster iussisset petere, nisi datu  
 rum patrem, quæ petimus, certò sci  
 uisset. Ipse enim ueritas est, quæ men  
 tiri & fallere non potest. Oraturi er  
 go certissima fide CHRISTO iu  
 bente & docente in sinum gratiæ  
 & misericordiæ dei patris nostri no  
 bis confugiendum est: quam fidem  
 idem CHRISTVS instaurator no  
 ster in precationibus nostris haben  
 dam uarijs scripturæ locis docuit.  
 Tū primo, Habete, inquit, fidē dei,  
 id est, fiduciam de promissione gra  
Mar. 11



PRECATIO

tie & misericordiae dei : & discite  
 assentiri diuinis promissionibus, quod  
 Mat. 11 si feceritis: Amen dico uobis, omnia  
 quae orantes petitis, credite quia ac-  
 cipietis, & euenient uobis. Et ali-  
 bi in eandem sententiam: Amen di-  
 co uobis, si habueritis fidem, & non  
 hesitaueritis, non modo hoc, quod  
 accidit ficui facietis : uerumetiam  
 si dixeritis huic monti, tollere, &  
 projice te in mare, & fiet. Et omnia  
 quaecunque in deprecatione uestra  
 credentes petieritis, accipietis. His  
 uerbis quasi iurciurando se nobis  
 CHRISTVS obligat, certosq; nos  
 in fide precaturos fore insinuat.  
 Mat. 17 Proinde alio loco : Si habueritis fi-  
 dem sicut granum sinapis, & dix-  
 eritis

## DOMINICA.

ritis monti huic, transi hinc, & tran-  
 siet, & nihil impossibile erit uobis.  
 Demum discipulis petentibus in se  
 confirmari fidem, respondit Chri-  
 stus: Si habueritis fidem sicut granū  
 sinapis, & dixissetis huic arbori si- Luc. 17  
 camino, eradicare & transplantare  
 in mare, obedisset uobis. Et quanto  
 studio Christus fidem, de qua nobis  
 est sermo, repetitis uerbis inculcat  
 auribus nostris. Et grano sinapis ite-  
 rum, atq; iterum confert fidem: quod  
 medicis & Pythagora testibus, ma-  
 gnæ est uirtutis. Licet paruum sit,  
 & inter uulgares herbas negligat-  
 tur: tamen contritum, contusum, con-  
 fractumq; uirtutes uiresq; suas pa-  
 lam facit: Sic & fides licet humilis  
in mul

PRECATIO

in multis hominibus, & parua tan-  
 quam nullarum sit uirium, negligat-  
 tur & rideatur: tamen pressuris attri-  
 ta, aduersæq; fortunæ flagellis, carce-  
 ribus, cruciatibus, calamitatibus, &  
 reliquis id genus malis exercita &  
 obruta, quantum intus feruoris ha-  
 beat, quantæq; uirtutis sit, declarat.  
 Ut exemplo nobis sunt inuictissimi  
 martyres CHRISTI testes, qui ma-  
 gna fiducia, infracto animo, crucem  
 suam baiulantes, nascentem illam in-  
 nocentissimamq; ecclesiam, sangui-  
 ne suo consecrantes, omniq; suppli-  
 ciorũ genere maclati, CHRISTVM  
 in ea fide sunt professi, immanissi-  
 mosq; sua constantia uicerunt Ty-  
 rannos. Hac fidei efficacia est, sin-  
 pis

## DOMINICA.

pis grano comparata. Per quam omnes sumus filij dei in Christo Iesu, cuius etiam fidei scutum sumentes, possumus omnia nequissimi hostis ignea tela extinguere. Sine qua impossibile est nos deo placere. In qua si usque ad finem uitæ nostræ perseuerauerimus, dabit nobis Christus fidei autor coronam uitæ. Huius fidei uirtus adeo est potens, ut illi nihil sit impossibile: quia deo, cuius imago est, nihil impossibile est. Vnde fit, quod qui in illa fide aliquid precantur, sine negotio impetrant. Nam tunc spiritus fidei orat, non solus homo, sed plenus spiritu fidei, que omnium periculorum genera ultrò subit, præter deum nihil timet, cui soli pa

Gal. 3

Eph. 6

Heb. 11

Apoca. 1

PRECATIO

Chryso.  
 Nat. 28.  
 ibi: At illi  
 mag. cl. a.

li paret, & omnia acceptum refert.  
 Mortem inferos, diabolum, & omne  
 eius imperium sub pedes mittit. Vir  
 tus enim fidei in periculis secunda est,  
 in securitate periclitatur. Et nihil  
 aliud sic laxat fidei securitatem, sicut  
 longa tranquillitas. Vult itaq; exer-  
 ceri fides, & in rerum discrimen ver-  
 sari, nihilq; timere. Talis enim fi-  
 dei est natura, ut quanto magis ue-  
 tatur, tanto magis accenditur. Nolit  
 igitur quisquam sibi hanc uendicare  
 re fidem, qui fidei professionem acti-  
 bus & operibus non ostenderit &  
 docuerit. Et multi sunt (prohdo-  
 lor) his nostris temporibus, qui ore  
 fidem assiduo profitentur, à spiritu  
 fidei tamen alienissimi sunt, magisq;  
 liber

## DOMINICA.

libertatem carnis, quam spiritus se-  
 quuntur: qui quales sint, ex eorum co-  
 gnoscimus fructibus. Nam hæc Euan-  
 gelica & spiritus libertas est, quam  
 nobis Christus suo sanguine pepe-  
 rit, liberando nos à seruitute peccati  
 & imperio diaboli: quem multi iam  
 sub umbris libertatis eumentiti, ducem  
 sequuntur. Sed de his hæctenus: ad fi-  
 dem redimus, quæ animam illumi-  
 nat, quemadmodum domum lam-  
 pas: hominem erga proximū officio-  
 sum reddit, cuius necessitati fides se-  
 totam indulget, irrequieta est, sem-  
 perq; aliquid boni operatur. Cor-  
 pus uigilijs, & ieiunijs absque legis  
 preceptione macerat, lasciuiam car-  
 nis comprimit, superbiam mentis hu-  
 manæ

PRECATIO

mane frangit : charitatem , humili-  
 tatem, & in summa omnes uirtutes  
 in classe sua socias habet & pedise-  
 sequas : hæc sola iustificat homi-  
 nem, id est, apud Deum absque ope-  
 ribus legis iustum facit. Nunquam ta-  
 men sine operibus ociosa reperitur fi-  
 des, quæ arbor est, bona autem ope-  
 ra fructus eius arboris. Vbi enim fi-  
 des, ibi & opera, sine quibus non est  
 uera fides, sed eumentita & mortua  
 est fides: quemadmodum corpus abs-  
 que spiritu mortuum est. Hæc ar-  
 bor si fructum non facit, excidatur  
 & in ignem mittatur. Fides enim  
 non habens fructum non est fides:  
 nec potest Deum promereri fides,  
 quæ nulla operatione fecunda est.

Nam

## DOMINICA.

Nam qui in die iudicij, ut dicit ille, Cyp.in sermone de oratione do.  
 pro operibus præmium redditurus est, hodie quoq; ad orationem & fidem cum operatione uenientibus benignus est auditor. Hæc est fides, cuius Christus passim apud omnes euangelistas, & apostoli in uarijs locis meminerunt. Non simpliciter loquentes de historica illa fide in symbolo apostolico nobis tradita, quam impijssimi quiq; tyranni, uel dæmones ipsi habent, & Iacob. 1.  
 contremiscunt. Omnes equidem qui Christianum nomen profitentur, credunt Christum natum, passum, & c. Rem actam & historiam audiunt, & sciunt: sed fidei uirtutem & usum nesciunt. Debemus itaq;  
 h cre



PRECATIO

credere, nobisq; certissima fide persuadere, Christum pro nobis natum, passum, &c. iniquitates nostras sustulisse, & gratuita misericordia per passionem suam, nobis condonasse remissionem peccatorum, è tenebrarum faucibus nos eripuisse, cæloq; restituisse. Et hoc est quod dicit Christus: AMEN dico uobis, qui confidit mihi, habet uitam æternam. Quicquid sine ea fit fide, peccatum est: ut quando homo metu legis & metu inferorum bene operatur: hæc opera in hypocrisi fiunt, nulliusq; sunt uirtutis: in omni enim opere nostro, ex fide animæ nostræ credere debemus: hæc enim conseruatio mandato

Rom. 15

DOMINICA.

datorum est. Et si ita operamur,  
 sunt opera fructus ueræ fidei. Per  
 hanc fidem Abraham multarum gē- Eccle. 30  
 tium pater iustificatus est. Cre- Rom. 4<sup>o</sup>  
 didit enim & reputatum est ei ad Hebr. 11  
 iustitiam. Credidit, inquam, pro-  
 missione diuinæ, & in terram pro-  
 missionis, tanquam peregrinam,  
 commigrauit. Credidit deum o- Gen. 15<sup>o</sup>  
 mnia daturum quæ promiserat, di-  
 cendo, Benedicam tibi, & multipli-  
 cabo semen tuum sicut stellas cœli,  
 & uelut arenam quæ est in littore  
 maris. Possidebit, inquit, semen tuum  
 portas inimicorum suorum, & be-  
 nedicentur in semine tuo, id est, in  
 Christo, omnes gentes, quia obedi-  
 sti uoci meæ. Idem Sara Abrahæ  
 h 2 uxor

P R E C A T I O

uxor credidit, cuius uenter propter  
 capularem aetatem clausus erat. Sed  
 iterum per fidem oraculo dei acce-  
 ptam apertus est: & præter aetatis  
 rationem anus concepit, & pepe-  
 rit filium Isaac: quem pater postea  
 iussu diuino, constanti & alacri a-  
 nimo, nihil dubitans de promissione  
 dei, immolandum ad aras statuit,  
 certissimò sibi persuadens, deum da-  
 turum promissam posteritatẽ, etiam  
 filio ad aras iam maclato, in quo  
 promissiones acceperat, dictũ enim  
 Gen. 30. fuit Abrahæ: In Isaac uocabitur tibi  
 semen. Cum hæc promissio optimo  
 seni in mentem subiisset, credidit de-  
 um promissorem, uel è mortuis pos-  
 se suscitare semen. De his & alijs  
 Apo

## DOMINICA.

Apostolus ad Hebræos, uel quisquis Hebr. 11  
 Epistolæ autor est, per quæ labefacta  
 & infirmæ conscientia confirmari  
 & erigi possunt, ad assentiendum  
 promissioni gratia & misericordiae  
 dei, nobisq; deum omnia, quæ  
 in ea fide in orationibus nostris  
 precati fuerimus, certissimò daturum.  
 Virtute eiusdem fidei et orationis  
 in fide factæ, Niniuitæ, quibus Ionæ. 3.  
 dominus per Ionam prophetam excidium  
 minatus est, & quos iussu domini  
 propheta perdendos dixit, supplices  
 lachrymis, ieiunijs, & precibus,  
 certissima fide factis, dominum iratum  
 placauerunt. In ea fide Susanna  
 innocentissima foemina, iniquis Dani. 13  
 & impijs falso accusata criminato-  
 ribus

PRECATIO

ribus, orauit & exaudita est: atq; è  
 manibus calumniantium per Danie-  
 lem adolescentem crepta est. Sic de  
 Iona propheta legimus, qui utero pi-  
 scis inclusus, fide tantum orans, me-  
 ruit de profundo maris & uentris  
 immaniſſimæ beluæ incolumis & ui-  
 uis euadere. Multa id genus exem-  
 pla, in ueteri lege recensentur, quæ  
 non attinet omnia hic in mediū ad-  
 ferre. In ea præterea fide Cornelius  
 Centurio cohortis Italicæ, uir reli-  
 giosus, timens Deum, deprecans cū  
 humilitate summaq; fiducia deum,  
 nondum præceptis euangelicis eru-  
 ditus, meruit clara die uidere & au-  
 dire angelum Dei, dicentē, Corneli,  
 elemosynæ & orationes tuæ, in  
 fide

## DOMINICA.

fide scilicet factæ, ascenderūt in memoriam coram deo : ut eleganter in actis Apostolicis recensetur . Cito enim, ut inquit ille, orationes in fide factæ, ad Deum ascendunt, quas ad deū merita nostri operis imponunt.

Sic cæcus ille unus & alter, cōstanti fide iterum atq; iterum clamans, Iesu filij David miserere mei, recepto uisu, audiuit à domino, Respice. Sic peccatrix mulier ad pedes domini deprecans & illachrymans, meruit audire sibi multa esse remissa peccata. Sic & mulier quæ pro-

fluuio sanguinis XII. annos laborabat, à domino audiuit : Fides tuate saluam fecit. Sic denum, ut finem faciam, publicanus ille, humiliter,

Mat. 10  
Mar. 10  
Luce. 18  
Luce. 7.

Luce. 8.

PRECATIO

Lucę. 18 & fidenter deprecans: Deus propitius esto mihi peccatori, magis iustificatus abiit, quam superbus phariseus, in quo completum inuenimus

Eccle. 35 quod scriptum est: Oratio humilis, nubes penetrat, perueniens ad deum, qui orantis fidelis audit preces. Quibus exemplis claret magnę uirtutis orationem esse, quę ex fide & corde fit. hoc est quod dominus dicit: Non ueni soluere legem, sed adimplere. Deus enim præter opera legis & exteriores actus etiam affectum & uoluntatem, quibus lex impletur, requirit. Hanc fidem sæpe Satan conatus est è pectoribus hominum euellere, atq; submouere. Sed frustra, deo patre nostro duce, conatus

## DOMINICA.

natus est. Nihil aliud per Antiochum Epiphanem agebat, quam ut nulla esset memoria, expectatio'ue eius repromissionis, quæ Abrahamo est facta: de quo paulo ante, Aedificauit Antiochus Satanae minister abominandum desolationis idolum, super altare Dei, & per uniuersas Iudææ ciuitates in gratiam Tyranni edificauerunt aras, & ad ianuas edium in plateis thura cremabant, & sacrificabant. Libros legis dissectos combusserunt. Et apud quoscunque libri testamenti domini inuenti sunt, & quicumque legem Dei asserebant, dicto Tyranni trucidabantur. Voluit hoc pacto per ministrum impietatis Serpens ille

h s per

1. Mac. 1



PRECATIO

perniciosus, defraudator parentum  
 nostrorum, nobis adimere spem pro-  
 missionis gratiae & misericordiae  
 Dei, arboremque bonam radicibus  
 extirpare, ne bonus ex ea fructus na-  
 sceretur: Utque genus recutitae gen-  
 tis perderetur totum. Ne in semine  
 Abrahæ, quod est CHRISTVS,  
 omnes gentes benedicerentur, fieretque  
 irritum quod Deus Abrahamo  
 & posteris promisit. Sed defensa est  
 radix, ex cuius arbore talis tantusque  
 fructus Iesus CHRISTVS spes  
 & salus nostra natus est. Ut ueritas  
 DEI, quæ fallere nescit, im-  
 pletur, utque certi maneremus de  
 promissione Dei nobis in CHRIS-  
 TOSTO facta. Vnde & Machabei  
 uiri

## DOMINICA.

uiri fortes impatienter ferentes ty-  
 rannidem Antiochi in legem domi-  
 ni, ultroq; mortem appetentes, &  
 contra Tyrannum arma sumentes,  
 inuictis animis pro lege Dei ceci-  
 dere, celebre que habent nomen in  
 ecclesia Dei, & in albo sanctorum  
 martyrum principem tenent locum.  
 Sic legimus de quodam nobilissimo  
 inuictissimiq; animi milite. Qui dum  
 apud Nicomediam Diocletiani ty-  
 rannidem & persecutionē in Chri-  
 stianos, crudelia que edicta in foro  
 contra fratres Euangelio initiatos  
 publicari uideret, calore fidei &  
 ueritatis accensus, uniuersa plebe  
 spectante, librum impiissimarum le-  
 gum minutatim discerpfit. Et pro  
 ueri

Euseb. in  
 eccl. hist.

PRECATIO

ueritate euangelij constanti fide in-  
 maniſſima pertulit tormenta. Et car-  
 nificibus nequaquam deſauientibus  
 in corpus eius, dimidium porrexit  
 unguem. Tanta uis eſt fidei & Eua-  
 gelij Chriſti, quæ omnia uincunt.  
 Sed dicetis forte, quorſum hæc? Hæc  
 omnia optimi conciuēs eò tendunt,  
 ut intelligatis nihil fortius efficaci-  
 usq; eſſe fide ad ſalutē noſtram, &  
 ad comprimendas uires hoſtis no-  
 ſtri: in qua etiam fide ſi precatiōes  
 noſtras, potiſſimum hæc compediō-  
 ſam oraculo Chriſti noſtri euulga-  
 tam, iterum atq; iterum dixerimus,  
 et ſyncero animo deo obtulerimus,  
 omnia quæ petimus, ut antea dixi-  
 mus, impetrabimus. Breues enim &  
 frequen-

Oratio  
 breuis.

## DOMIMICA.

frequentes orationes Christus, &  
 Paulus frequenter in epistolis suis, ab  
 instituto in hymnos & preces irrū-  
 pens, præceperūt. Porro si lōgo ser-  
 mone usi fuerimus, frequenter in ne-  
 gligentiam lapsi, multam damus ho-  
 sti nostro subrependi facultatem, &  
 abducendi cogitationem ab his quæ  
 dicuntur. Propterea Christus hanc  
 breuem, fecundam tamen, precandi  
 formam nobis præscripsit: septemq;  
 petitiones homini & ad corporis  
 & ad animæ salutem necessarias, ut  
 in initio diximus, in ea tradidit, in quæ-  
 bus nos ultrò exaudiet pater, modo  
 confidamus. Proinde ad precationis  
 calcem doctor ille ueritatis addidit  
 hanc uoculam, A M E N: quæ signi-  
 ficat

PRECATIO

ficat orationem nostram esse exauditam: si, ut saepe inculcaui, cum fide precati fuerimus. Verum si sumus infirmi, nec certam de Dei clementia erga nos habuerimus fiduciam, nec orationem nostram esse exauditam nobis poterimus persuadere, sed fluctuamus forte de diuinis promissionibus: Tunc exemplo

Mar. 9. Christus formator noster, dicens, Si potes credere, omnia sunt possibilis credenti: continuoq; cum lachrymis exclamandum: Credo domine, succurre

Exo. 34. curre incredulitati meae. Et ipse dominator deus misericors et clemens, patiens & multae miserationis, ac uerax, qui custodit misericordiam, qui

DŌMINICA.

qui aufert iniquitatem et scelera atq;  
 peccata, miserebitur nostri, fidemq;  
 in nobis auget. Virtus enim do- Esd. 10.  
 mini erit cum eis, qui inquirunt eum  
 cum omni affectu. Quærendus dum  
 inueniri potest, inuocandus dū pro-  
 pè est. Derelinquat igitur impius ui- Esa. 55.  
 am suam. Et uir iniquus cogitatio-  
 nes suas, & reuertatur ad dominū,  
 & miserebitur reuertentis. Si enim  
 non dereliquerimus uias scelerum,  
 non exaudiemur. Nec audiet deus  
 deprecantes pro nobis peccatoribus  
 pœnitere nolentibus. Si enim (inquit  
 dominus) steterint Noë, Iob, & Da- Ezechie  
lis. 14.  
 niel, non liberabunt filios suos & fi-  
 lias, quoniam inualuit eorum mali-  
 tia. Undiq; nobis redeuntibus gra-  
 tia.

PRECATIO

Chryso.  
omil. 29.  
domin. 4.

tia & misericordia dei promittuntur, modo peccare desierimus, & pio affectu precati fuerimus. Licet enim genua non flectamus, neque pedus percutiamus, nec in coelum manus extendamus, si solum mentem ad deum eleuamus, exaudiemur, & absolutam faciemus orationem. Mentem enim, non uerba, nec frigidas preculas, requirit deus pater noster: cuius nomen sit benedictum in omnia secula, Amen.

ORATIO.

**O** Pater cœlestis omnis spei & fiduciæ nostræ largitor & autor, qui in te sperantes, & de promissione gratiæ & misericordiæ nobis facta confiden

## DOMINICA.

dentes, non deseris unquam.  
 Sed omnia quæ in precationis  
 bus nostris pro affectu creden-  
 tes, postulamus, misericorditer  
 largiris. Succurre quæsumus no-  
 stræ incredulitati, eamque fidem  
 quam filius tuus Dominus nos-  
 ter Iesus Christus Apostolis id  
 efflagitantibus, aliisque sanctis &  
 euangelio initiatis largitus est:  
 nobis quoque filiis tuis clemēter  
 adauge: ut ea quæ à te patre nos-  
 tro indulgentissimo fidenter pe-  
 timus, indubitanter consequamur:  
 Autore eodē filio tuo do-  
 mino nostro Iesu Christo, qui  
 unā tecum in unitate spiritus san-  
 cti in cœlesti illa Hierusalem,  
 omnium gaudiorum plena, in



summo gloriæ & maiestatis  
throno, Rex & deus principem  
tenet locum in omnia  
secula, Amen.

# O R A T I O,

S V B C O M P E N D I O

omnes septem petitiones,

in precatone domini

ca expressas, com

plectens,



M N I P O

tens sempiter

ne deus : qui

te, sine perso

narū delectu,

communem omnium coele

stem patrem, ut coelestes es

semus filij tui, appellari di

gnatus es. Da nomen tu

Pater no  
sicut q es  
in coelis

Sanctifi-  
cetur no-  
men tuū,

PRECATIO

um sanctissimum in nobis  
 candore & exemplo inno-  
 centis uitæ sanctificari: ut  
 cūcti per nos, bonitatemq̄  
 nostram, & uirtutes quas  
 in nobis operaris, te sancti-  
 ficent, & glorificēt. Daut  
 regnum gratiæ & miseri-  
 cordiæ tuæ in pectora no-  
 stra ueniat: ut regni gloriæ  
 & maiestatis participes fieri  
 mereamur. Da ut usq̄  
 ad mortem, tuā diuinam se-  
 quamur uoluntatē, & exem-  
 plo cœlestiū ciuiū, concor-  
 des & tranquillī, unanimi  
 spiri

Adueni-  
 at regnū  
 tuum.

Fiat uo-  
 lūtas tua,  
 sicut &c.

## DOMINICA.

spiritu compressis carnis uiribus, mundiꝫ & diaboli uictis blandimentis, tuæ sanctissimæ uoluntati nunquã reluctemur : sed in omnibus obsequamur. Da corpori nostro necessarium uictum, ut tibi liberius seruiamus. Da nobis precamur ô pater, panem illum cœlestem, corpus Iesu Christi filij tui, cibum & medicinam animæ nostræ. Da nobis panem diuinorum præceptorum in ueritate factorum, ut in his

Panē nostrū quotidianū da nobis hodie.

PRECATIO

pro affectu ambulemus, & nos exerceamus. Da desumum nobis panem diuini uerbi, quod animæ nostræ fulsit substātiā: ut his alimentis saturati, ad cœlestē saturitatem, ubi nulla esurries est, peruenire mereamur. Da ut hostibus & lædentibus nos simus placabiles, & in nos commissa errata ultrò remittamus, ut te quoq; in remittēdis erratis nostris facilem & clemētem inueniamus. Da, ne

Dimitte nobis debita nostra, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

toti in tentationes inducamur.

## DOMINICA.

mur, ut toti perdamur : Sed  
 in omnibus tentationum  
 periculis, & medijs tribula-  
 tionum fluctibus paternum  
 nobis adesse sentiamus præ-  
 sidium : ne tentatoris malis  
 artibus uicti, in sempiternū  
 pertrahamur exitium. Sed  
 instar uasorum figuli pro-  
 bati, & tentationū igne pur-  
 gati, cūrsū nostrum con-  
 sumamus : bonum que cer-  
 temus certamen, tecum uis-  
 cturi, in omnium tentatio-  
 num uictrice ciuitate cœ-  
 lesti, in omnia secula. Da

Sed libe-  
 ra nos à  
 malo.

PRECATIO

demum clementissime pater, ut ab omnibus corporis & animi, præsentibus & futuris malis, tua benignitate liberemur; & olim felicissimi patris nostri diaboli iugo, per Iesum Christum filium tuum excusso, hæreditatem cœlestis regni, sanguine eiusdem filij tui, nobis filijs tuis partam, perpetuò possideamus; & inter Angelicos choros, beatosque spiritus, cœlestibus delicijs semper perfruamur; patrocicante nobis  
*beni*

DOMINICA.

benignitate atq; gratia Iesu  
Christi, seruatoris nostri,  
cui, & tibi patri nostro spiri  
tuiq; sancto imperium, glo  
ria, & honor, nunc &  
in omnia secula;  
Amen,

F I N I S.

i 5



*[The text on this page is extremely faint and illegible. It appears to be a list or a series of entries, possibly containing names and dates, but the characters are too light to transcribe accurately.]*

# MEDITA

TIO IN PSALMVM

Miserere, fratris Hieronymi  
de Ferrara, ordinis

Prædicatorum.



INFELIX ego,  
omnium auxilio de  
stitutus, qui cœ-  
lum terramq; of-  
fendi: Quò ibo?  
Quò me uertam?

Ad quem confugiam? Quis mei mi-  
sererebitur? Ad cœlum oculos leuare  
non audeo, quia ei grauius peccaui.  
In terra refugium nõ inuenio, quia ei  
scam

scandalum fui. Quid igitur faciam?  
 Desperabo? absit. Misericors est de-  
 us, pius est Saluator meus. Solus igitur  
 Deus refugium meum, ipse non  
 despiciet opus suū, non repellet im-  
 ginem suam. Ad te igitur piissime  
 Deus, tristis, ac moerens uenio, quon-  
 niam tu solus spes mea, tu solus refu-  
 gium meum. Quid autem dicam tibi,  
 cum oculos leuare nō audeam? Ver-  
 ba doloris effundam, misericordiam  
 tuam implorabo, & dicam:

Miserere mei Deus se-  
 cundum magnam mise-  
 ricordiam tuam.

1. Tim. 6 Deus, qui lucem habitas inaccessi-  
 bilem; Deus absconditus, qui oculis

MISERERE.

corporis uideri non potes, nec intellectu creato cōprehendi, nec lingua hominum seu angelorum explicari. Deus meus, te incōprehēsilē quaero: te ineffabilē inuoco, quicquid es, qui ubiq; es. Scio enim te summā esse rem, si tamen es res, & nō potius omnium rerū causa: si tamen es causa. Nō enim inuenio nomen, quomodo tuā ineffabilem maiestātē nominare queam. Deus, inquā, qui es, quicquid in te est. Tu es enim ipsa sapientia tua, bonitas tua, potētia tua, et summa felicitas tua. Cum itaq; sis misericors, quid es, nisi ipsa misericordia? Quid autem sum ego, nisi ipsa Deus misericordia, miseria? Ecce ergo, ô deus misericordia. Ecce miseria coram te est. Quid facies

MED. IN PSAL.

*facies misericordia? certe opus tuū.  
 Nunquid poteris recedere à natura  
 tua? Et quod opus tuum? Miseriam  
 tollere, homines miseros subleuare.  
 Ergo miserere mei Deus. Deus, in-  
 quā, misericordia, tolle miseriam meā,  
 tolle peccata mea, etenim sunt summa  
 miseria mea. Subleua me miserū, ostē-  
 de in me opus tuū, exerce in me uir-  
 tutem tuā. Abyssus abyssum inuocat.  
 Abyssus miserie, inuocat abyssum  
 misericordie. Abyssus peccatorum,  
 inuocat abyssum gratiarum. Maior  
 est abyssus misericordie, quam aby-  
 ssus miserie. Absorbeat ergo abyssus  
 abyssum. Absorbeat abyssus miseri-  
 cordie abyssum miserie. Miserere  
 mei deus secundum magnā misericor-  
 diam*

## MISERERE.

diam tuam. Nō secundū misericordiā  
 hominū, quæ parua est, sed secundum  
 tuā, quæ magna est, quæ immēsa est,  
 quæ incōprehēibilis est, quæ omnia  
 peccata in immensum excedit. Secun-  
 dum illā magnam misericordiā tuā, IOAN. 30  
 qua sic dilexisti mundū, ut filiū tuum  
 unigenitū dares. Quæ maior miseri-  
 cordia esse potest? Quæ maior cha-  
 ritas? Quis desperare pōt? Quis nō  
 confidere? Deus factus est homo, &  
 pro hoībus crucifixus est. Miserere  
 ergo deus secundū hāc magnā mise-  
 ricordia tuā, qua filiū tuū pro nobis  
 tradidisti: qua, per ipsum peccata mū-  
 di abstulisti: qua, per crucem eius oēs  
 homīes illuminasti: qua, ea quæ in coe-  
 lis, & quæ in terris sunt, per ipsum  
 in

instaurasti. Laua me domine in sanguine eius, illumina me in humilitate eius, instauratione me in resurrectione

Parua misericordia Dei quæ dicitur: et quæ magna.

eius. Miserere mei Deus, non secundum paruam misericordiam tuam: parua enim misericordia tua est, cum homines corporalibus miserijs subleuas: magna autem quando peccata dimittis, et homines per gratiam tuam super altitudinem terræ susstolis. Ita Domine miserere mei secundum hanc magnam misericordiam tuam, ut me ad te conuertas, ut peccata mea deleas, ut per gratiam tuam me iustifices.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum

## MISERERE.

rū dele iniquitatē meā.

Misericordia tua domine, est abū  
dantia pietatis tuæ, qua miseros pie  
respicias. Miserationes autē tuæ, sunt  
opera et processus misericordiæ tuæ.

Misericordia do  
mini qd.  
Quid mi  
seratio.

Venit Maria Magdalena ad pe-  
des tuos, bone Iesu, lachrymis eos la  
uit, capillis absterfit: indulxisti ei, &  
in pace eā remisisti: hæc una misera-  
tio tua domine. Petrus negavit, &  
cū iuramento detestatus est te: respe  
xisti eum, amare fleuit: indulxisti ei,  
& principē Apostolorū eū cōfirma  
sti: hæc iterum miseratio tua domine.

Ioan. 12.

Mat. 26  
Mar. 14  
Luc. 22  
Ioan. 18

Latro in cruce unico uerbo salua  
tus est. Paulus in persecutionis fer  
uore uocatus, statim spiritu sancto  
repletus est. Hæ sunt miserationes  
k tuæ

Luc. 23

Actuū. 9.



tue domine. Deficeret omne tēpus,  
 si omnes miseratiōes tuas numerare  
 uellē. Quot enim iusti, tot miseratio-  
 nes, Nullus gloriari potest in semet-  
 ipso: ueniant oēs iusti siue in terra,  
 siue in cœlo, & interrogemus eos co-  
 rā te, an in sua uirtute salui facti sint.

Pfal. 113 Certe oēs uno corde, uno ore respō-  
 debūt: Nō nobis dñe, nō nobis, sed

Pfal. 43 nomini tuo da gloriam: Super miseri-  
 cordia tua & ueritate tua. Nec enim  
 in gladio suo possederunt terrā, &  
 brachium eorum nō saluauit eos: sed  
 dextera tua, & brachiū tuū, & illu-  
 minatio uultus tui, quoniam placuisti  
 in eis: id est, nō ex meritis eorum, nō

Eph. 3 ex operibus saluati sunt, ne quis glo-  
 riari possit, sed quia ita placitum est  
 corā

## MISERERE.

coram te. Quod & expressius de te  
 Propheta dixit, cū ait: Saluū me fecit, P sal. 17.  
 quoniā uoluit me. Cū itaq; tu sis idē Iac. 1  
 deus, apud quē nō est transmutatio,  
 nec uicissitudinis obumbratio: et nos  
 creaturæ tuæ sicut & patres nostri,  
 qui ex cōcupiscētia nati sunt, peccato  
 res sicut & nos: unusq; sit mediator 1. Tim. 2  
 dei et hominū, Christus Iesus qui ma  
 net in æternū: Cur miserationes tuas  
 nō effundis sup nos, quēadmodū &  
 effudisti sup patres nostros? An obli  
 tus es nostri? an nos soli peccatores?  
 an nō p nobis mortuus est Christus?  
 an nullæ amplius supersunt misericor  
 diæ? Dñe Deus noster, te rogo, te  
 obsecro, dele iniquitatē meā secundum  
 multitudinē miserationum tuarum.

Nam multæ & infinitæ sunt miserationes tuæ, ut uidelicet secundū multitudinē miserationū tuarū deleas iniquitatē meam: ut sicut innumerabiles peccatores traxisti, suscepisti, & iustos reddidisti: ita me trahere, suscipere, & iustū per gratiam tuam reddere digneris. Secundum ergo multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatē meam. Absterge cor meū, ut omni iniquitate deleta, ac omni immundicia expulsa, fiat sicut tabula munda, in qua digitus dei legem charitatis suæ scribat, cum qua habitare nulla potest iniquitas.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à pecca-

## MISERERE.

to meo munda me.

Fateor domine, semel delesti iniquitatem meã: delesti iterum, lauasti me millies: adhuc laua me ab iniquitate mea, quia iterũ cecidi. Nunquid ad certum numerũ parcis homini peccatori? Qui Petro interrogãti, quoties Mat. 18

peccabit in me frater meus, & dimit tam ei: septies? Respondisti: non dico septies, sed & septuagies septies: numerum finitũ pro infinito accipiens. Nunquid ergo indulgentia superabis ab homine? non ne maior deus homine? non ne melior homine? Quin- Psal. 38

imò Deus magnus dominus, & uersa uanitas omnis homo uiuens: & Psal. 115  
solus Deus bonus, omnis autẽ homo mendax. Non ne tu dixisti, In qua-

Psal. 37. cūq; die ingemuerit peccator, omnium  
 iniquitatum eius nō recordabor? Ecce  
 ego peccator ingemisco, quia cor-  
 ruptæ sunt cicatrices meæ à facie insi-  
 piētiae meæ. Miser factus sum & cur-  
 uatus sum usq; in finem, tota die con-  
 tristatus ingredior ad te, afflictus sum  
 & humiliatus sum ualde, rugio à ge-  
 mitu cordis. Domine ante te omne  
 desiderium meum, & gemitus me-  
 us, à te non est absconditus. Cor meū  
 conturbatum est in me, dereliquit me  
 uirtus mea, & lumen oculorū meo-  
 rum, & ipsum non est mecum. Cur  
 ergo domine non deles iniquitatem  
 meam? & si iam delesti eam secun-  
 dum multitudinem miserationū tua-  
 rum, amplius laua me ab iniquitate  
 meā

MISERERE.

mea. Adhuc enim imperfectè mundatus sum, perfice opus tuum, tolle culpam uniuersam, tolle reatū, adauge lumen, accende cor meum charitate tua, expelle timorē, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Amor mundi, amor carnis, amor gloriæ, amor proprius prorsus à me recedāt. Amplius, et magis, ac magis, laua me ab iniquitate mea, qua contra proximum peccaui: & à peccato meo, quo deum offendi, munda me. Vt nō solum culpam & reatum, sed etiā peccatorum fomitem deleas. Laua me, inquam, aqua gratiarum tuarum: I Ioan. 4  
 aqua, de qua qui biberit, non sitiet in æternū, sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitā æternā. Laua me aqua  
 k 4 lachry

lachrymarum mearū. Laua me aqua  
 scripturarū tuarū, ut inter eos cōnu-  
 Ioan. 15 merari ualeā, quibus dixisti: Iam uos  
 mundi estis, propter sermonē meum.

Quoniam iniquitatem  
 meam ego cognosco, &  
 peccatum meum cōtra  
 me est semper.

Quauis enim ex intuitu miseria  
 cordiæ tuæ & miserationū tuarum,  
 domine fiducialiter ad te confugiam:  
 Luc. 18 nō tamen uenio sicut Phariseus, qui  
 sanctus apud se orabat, imō seipsum  
 laudabat, & proximum suum despiciebat:  
 sed sicut publicanus, qui nec  
 audebat ad cœlum oculos leuare.

Quo

## MISERERE.

Quoniam iniquitatem meam ego co-  
 gnosco: dū enim peccata mea penso,  
 nō audeo sursum oculos leuare, sed  
 cū Publicano humiliatus, dico, Deus  
 propitius esto mihi peccatori. Nam  
 inter spem & metum anima mea flu-  
 ctuat, & modo timore peccatorum,  
 que in me cognosco, despero: modo  
 spe misericordie tue, subleuor. Verū  
 quia maior est tua misericordia quā  
 miseria mea, semper in te domine spe-  
 rabo, & misericordias tuas ineter-  
 num cantabo. Scio enim quōd nō uis Ezec. 33  
 mortē peccatoris, sed ut cōuertatur:  
 sed ut iniquitatē suam cognoscat: sed  
 ut peccatū deserat, & ad te ueniat,  
 & uiuat. Deus meus, da mihi, ut in  
 te uiuam. Quoniam iniquitatē meam  
 k s ego



ego cognosco. Scio enim quàm gra-  
 uis sit, quàm multa, quàm perniciosa:  
 non ignoro eam, non abscondo: sed  
 eam ante oculos sisto, ut lauem eam  
 lachrymis meis, & confitear aduer-  
 sum me iniustitiam meam domino.  
 Nam & peccatum meum, quo su-  
 perbe contra te egi, cōtra me est sem-  
 per: ideo contra me, quia contra te  
 peccaui: uere contra me, quia contra  
 animam meam: quia ante te iudicem,  
 semper me accusat: quia semper &  
 ubique me damnat: & adeo contra  
 me, ut sit semper coram me, oppo-  
 nens se mihi, ne ad te mea transeat  
 oratio: ut à me tollat misericordiam  
 tuā, ut eam impediatur, ne ad me tran-  
 sire possit: ideo cōtremisco, ideo inge-  
 misco

MISERERE.

misco, misericordiam tuam imploro.  
 Sicut ergo domine tu mihi donasti  
 cognoscere iniquitatem meam, & fle  
 re peccatum meum, ita perfice con=  
 tritionem meam: perduc ad finem sa=  
 tisfactionem meam: Omne enim datū **Iac. 1**  
 optimum, & omne donum perfe=  
 ctum, desursum est, descendens à pa  
 tre luminum.

Tibi soli peccaui & ma  
 lū corā te feci, ut iustifice  
 ris in sermonibus tuis,  
 & uincas cū iudicaris.

Nimiū tibi soli peccaui: quia mihi  
 precepisti, ut diligerem te propter  
 te, & creaturarum amorem ad te  
 refer

Peccare  
quid.

referrē: ego autē dilexi creaturā māgis quā te, diligēs eam propter se. Quid est autem peccare, nisi amorī inharere creaturæ propter se? Quid autem hoc nisi facere cōtra te? Certe qui amat creaturam propter se, facit creaturam deum suum. Ego itaq; tibi soli peccaui, quia creaturā deū meū constitui. Abicci ergo te, tibi soli iniuriā feci. Non enim contra aliquam creaturam peccaui, si finem meum in re creata constitui: quia nō mihi preceptum fuit, ut aliquam creaturam diligerem propter se. Si enim mihi mādasses, ut angelum solum propter se amarem, et ego pecuniam propter se dilexissē, utique angelo peccassē: at cum tu solus diligendus sis pro

## MISERERE.

propter te, & creatura amanda in te  
 & ad te, quidē tibi soli peccaui, quo  
 niam propter se creaturam amavi.  
 Sed quod deterius est, Et malū corā  
 te feci, Nō enim erubui peccare corā  
 te. O Deus, quot peccata cōmisi co  
 ram te, quæ nullo pacto coram homi  
 nibus perpetrasset, imō quæ nullo  
 modo hoīes scire uoluisset. Timui  
 magis homines q̄ te, quia cæcus erā,  
 & cæcitatē amabā, ideo nec uidebam  
 nec considerabam te: oculos solū car  
 nis habebam, ideo solū homines, qui  
 caro sunt, cernebam, eosq; timebam.  
 Verū tu omnia peccata mea intueba  
 ris, & enumerabas ea, idcirco nec  
 ea celare te, nec tergiuersari, nec fu  
 gere à facie tua potero. Quo ibo à Psal. 138  
 spiri

spiritu tuo? & quo à facie tua fugiā?  
 Quid igitur faciam? Quo me uertā?  
 Quem inueniam defensorē? Quem  
 obsecro, nisi te Deus meus? Quis de  
 deo bonus? Quis ita pius? Quis tam  
 misericors? qui pietate omnes creatu-  
 ras incomprehensibiliter superas. Ti-  
 bi enim propriū est misereri & par-  
 cere, qui omnipotentiam tuam maxi-  
 me parcendo & miserando manife-  
 stas. Fateor domine, tibi soli peccavi,  
 & malū coram te feci. Miserere mei  
 & omnipotentiam tuā manifesta in  
 me, ut iustificeris in sermonibus tuis.  
 Nam tu dixisti: Non ueni uocare iu-  
 stos, sed peccatores ad pœnitētiā.  
 Iustifica me domine in sermonibus  
 tuis, uoca me, suscipe me, da mihi  
 age

Mat. 9

Mar. 2

MISERERE.

agere fructū dignū pœnitētiæ: pro=  
 pter hoc enim crucifixus es: ppterca  
 mortuus, & sepultus. Dixisti etiam: Ioan, 19.  
 Cum exaltatus fuero à terra, omnia  
 trahā ad meipsum. Iustificare in ser=  
 monibus tuis. Trahe me post te: cur=  
 remus in odorē unguentorum tuorū. Cant. 1  
 Dixisti iterum: Venite ad me oēs qui Mat, 11.  
 laboratis & onerati estis, & ego re=  
 ficiam uos. Ecce ego uenio ad te,  
 onustus peccatis, laborans die ac no=  
 cte in gemitu cordis mei. Refice me  
 domine, ut iustificeris in sermonibus Psal, 3  
 tuis, & uincas cū iudicaris. Nā mul=  
 ti dicūt, nō est salus ipsi in Deo eius: Psal, 70  
 Deus dereliquit eū. Vince dñe istos,  
 cum ita iudicaris ab eis, ne me dere=  
 linquas usquequaq;. Da mihi miseri=  
COR

cordiam & salutem, & uicti sunt.

Aiunt enim, quòd mei nō misereberis, q̄ me proijcies à facie tua, quòd me amplius nō suscipies. Ita iudicaris ab hominibus, ita de te loquuntur homines, hæc sunt eorum iudicia: sed tu pius, tu misericors, miserere mei, & uince eorū iudicia: ostēde in me misericordiam tuā, laudetur in me pietas tua. Fac me unum de uasis misericordiae tuæ, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris. Te enim hoīes iudicāt rigidū, & seuerū uince tua pietate & dulcedine iudiciorum, ut discāt homines peccatoribus misereri, & accendantur delinquentes ad pœnitentiam, uidentes in me pietatem & misericordiam tuam.

Eccc

## MISERERE.

Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea.

Ne respicias domine gravitatem peccatorum meorum, ne consideres multitudinem, sed agnosce figmentū tuū. Recordare, quoniā pulvis sum, & omnis caro ut scenum. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Mater, inquam, carnalis ex concupiscentia me concepit, & in ea peccatum originale contraxi. Quid autem est peccatum originale, nisi privatio iustitiæ originalis, & rectitudinis totius



Galat. 5 tius hominis? Ideo homo conceptus  
 & natus in huiusmodi peccato totus  
 obliquus est, totus curuus. Caro con-  
 cupiscit aduersus spiritum, ratio debi-  
 lis est, uoluntas infirma, homo fragi-  
 lis, & similis uanitati, sensus decipiunt  
 eum, imaginatio fallit, ignorantia di-  
 cit eum per inuium: infinita habet  
 obstacula, quæ ipsum de bono retra-  
 hunt, & ad malum impellunt. Pecca-  
 tum itaq; originale radix est omnium  
 peccatorum, fomes enim omnium ini-  
 quitatum. Quauis enim in quolibet  
 homine ex natura sua sit unum, uir-  
 tute tamen est omnia peccata. Vides  
 itaq; domine, quid sum & unde sum.  
 in peccato enim originali (quod est  
 omnes iniquitates, & omnia peccata  
 conti

## MISERERE.

continet) cōceptus sum, & in eo cō  
 cepit me mater mea. In peccatis ergo  
 totus, & laqueis undiq; circunda-  
 tus, quomodo effugere poterō? Nō Rom. 7  
 enim quod uolo, hoc ago: sed quod  
 nolo malum, hoc facio: quia inue-  
 nio aliam legem in membris meis, re-  
 pugnantem legi mentis meae, & ca-  
 ptiuantē me in lege peccati & mor-  
 tis. Eō itaq; magis pietas tua me sub-  
 leuet, quō me fragiliorem, & tot la-  
 queis circumdatū intuetur. Quis non  
 misereatur infirmo? quis nō cōpatia-  
 tur languido? Veni ueni dulcis Sama-  
 Luc. 10  
 ritane: & uulneratū semiuuū suble-  
 ua, uulnera mea cura, uinū & oleum  
 infunde, pone me super iumentū tuū,  
 duc in stabulum, commenda me sta-  
 1 2            bula

bulario, profer duos denarios, & dic ei, quicquid supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.

Ecce enim ueritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifesta sti mihi.

Veni dulcissime Samaritane: ecce enim ueritatem dilexisti: ueritatem, inquam, promissionum, quas humano generi fecisti: eas nimirum dilexisti, quia eas fecisti, & seruasti: nam tuum diligere, ipsum est beneficere. In te enim ipso immutabilis es, nec sicut nos, modo amas, modo non amas, ut actus tuæ dilectionis transeat

Deus immutabilis.

MISERERE.

seat & redeat. Sed tu es totus amator, qui nunquam mutatur, Deus Ioan. 4  
 enim charitas est. Tuum itaque diligere creaturam, est ei benefacere, & quibus melius facis, hos magis diligis. Quid est ergo tuam diligere ueritatem, nisi facere & seruare ueritatem? Gen. 15.  
 Abrahæ promifisti filium, cū iam esset senex, Saræ sterilis & uetulae promissionem seruasti, quia ueritatem dilexisti. Exod. 3.  
 Filijs Israël terram fluentem lac & mel spopondisti, & tandem tradidisti, quia ueritatem dilexisti. Psal. 135.  
 David pollicitus es, dicens: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam: factum est, quia ueritatem dilexisti. Innumerabiles fuere promissiones, in quibus semper

per fidelis fuisti, quia ueritatem dilexisti: peccatoribus ad te cōfugientibus ueniam & gratiam promissisti, & neminem unquam fraudasti, quia  
**Luc. 15.** ueritatem dilexisti: Filius ille prodigus, qui abiit in regionem longinquam, & dissipauit uniuersam substantiam suam, uiuendo luxuriose: ad se reuersus, uenit ad te, dicens: Pater, peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis: cum adhuc longe esset, oculis tuæ pietatis intuitus es eum, occurristi ei, cecidisti super collum eius, & osculatus es eum: protulisti stolam primam, anulum in manum eius: & calciamenta in pedes eius posuisti

## MISERERE.

posuisti : uitulum saginatum occi-  
 disti, totam domum letificasti, di-  
 cens : Letemur & epulemur, quia  
 hic est filius meus, qui mortuus erat,  
 & reuixit : perierat, & inuentus  
 est. Cur hæc domine Deus ? Nem-  
 pè, quia ueritatem dilexisti. Di-  
 lige ergo pater misericordiarum,  
 hanc ueritatem in me, qui ad te re-  
 uertor de regione longinqua : oc-  
 curre mihi, & osculum oris tui  
 da, redde prima ornamenta, tra-  
 he in domum tuam : occide uitu-  
 lum saginatum, ut in me leten-  
 tur omnes, qui sperant in te, &  
 pariter epulemur in conuiujs spi-  
 ritualibus. Num domine mihi so-  
 li non custodies hanc ueritatem ? si

iniquitatem obseruaueris domine, do-  
 mane quis sustinebit? equidem tu  
 non obseruabis iniquitatem, qui ue-  
 ritatem dilexisti, dilexisti quidem im-  
 mensa amore. Quæ nanq; est ue-  
 ritas, quam dilexisti? Non ne filius  
 tuus? Qui dixit, ego sum uia, ueritas  
 & uita. Ipse enim est ueritas, à qua  
 omnis ueritas in cœlo & in terra  
 nominatur. Hanc igitur dilexisti, &  
 in ea sola tibi complacuisti, quia eã  
 sine macula inuenisti, & pro pecca-  
 toribus eã mori uoluisti. Custodi er-  
 go Deus hanc ueritatem, ecce ego  
 peccator magnus, in quo tu custo-  
 dies eã, cui tu indulgeas peccata mul-  
 ta, quæ sanguine Christi tui abluas,  
 quem per passionem eius redimas.

MISERERE.

Cur domine hanc de filio tuo noti-  
 tiam, cur hanc de eo fidem tradidi-  
 sti mihi? Num ut maiori afficiar do-  
 lore, uidens redemptionem meam &  
 minime attingens eam? Absit. Sed ut  
 intelligens mihi paratam ueniam, ap-  
 prehendam illam per CHRISTI  
 gratiam. Redime ergo me domine,  
 nam incerta & occulta sapiētia tua Sapiētia  
 manifestasti mihi, ut hæc ipsa cogni-  
 tio me adiuuet, & ad salutem perdu-  
 cat. Hæc profectò non cognouerunt  
 philosophi, hæc fuerunt eis incerta,  
 hæc erāt eis penitus occulta, hæc an-  
 te incarnationē filij tui, exceptis pau-  
 cis, quos tu dilexisti, nullus homi-  
 num cognouit. Scrutatores orbis  
 curiosissimi (sapiētes dico huius se-  
 culi



Mat. 11  
Luc. 10

Rom. 1

culi) trans cœlum oculos leuauerūt,  
 & hanc tuam sapientiam inuenire  
 non potuerunt: quia abscondisti hæc  
 à sapientibus & prudētibus, & re-  
 uelasti ea paruulis: id est, humilibus  
 piscatoribus, & sanctis prophetis  
 tuis, qui ea nobis tradiderunt. Si er-  
 go incerta & occulta sapientiæ tuæ  
 scripturarumq; tuarum manifestasti  
 mihi, cur frustra ea cognosco? frus-  
 tra autem cognosco illa, si me ad sa-  
 lutem non perducunt. Nam & phi-  
 losophi cum cognouissent deum, nō  
 sicut deum glorificauerunt, aut gra-  
 tias egerunt, sed euanuerunt in co-  
 gitationibus suis: dicentes enim se  
 esse sapientes, stulti facti sunt. Num  
 de numero istorum me esse patieris?  
 absit

MISERERE.

absit. Tu es enim ipsa misericordia,  
que nunquam penitus deserit. Parce  
ergo domine, parce famulo tuo, &  
iube ipsum esse in numero paruulo-  
rum tuorum, ut incerta & occulta sa-  
pientie tue, que manifestasti ei, du-  
cant eum ad fontem sapientie, que  
est in excelsis: ut lauderis in opere  
misericordie tue, quam feceris cum  
seruo tuo domine, qui nunquam de-  
seris sperantes in te.

Asperges me domine  
hyssopo, & mundabor,  
lauabis me, & super ni-  
uem dealbabor.

Quia

Quia domine ueritatem dilexisti, & incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi. Spem magnam concepi, & confido, quod non repellis me à facie tua, sed asperges me

**Hyssop<sup>9</sup>.** hyssopo & mundabor. Hyssopus est herba humilis, calida & odorifera, quæ quid aliud significat, quam filium tuum dominum nostrum

**Philip<sup>2</sup>** IEZ SV M Christum? Qui humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis. Qui calore suæ immense charitatis dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Qui odore suauitatis & mansuetudinis suæ atque iustitiæ totum mundum suauitate repleuit. Hoc ergo hyssopo asperges me, quando  
uir

MISERERE.

uirtutem sanguinis eius effundes super me, quando per fidem habitabit Christus in me, quando per dilectionem ei coniunctus fuero, quando humilitatem eius & passionem imitabor: Tunc mundabor ab omnibus immundicijs meis: Tunc lauabis me lachrymis meis à Christi amore fluentibus: Tunc laborabo in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Tunc ergo lauabis me, & super niuem dealabor.

Nix enim candida est & frigida, ita profecto domine, si me hyssopo asperseris, super niuem dealabor: quia tua maxima luce perfundar, quæ omnem corporalem superat

perat candorem, & per eam amore  
 coelestium bonorum accensus, omnes  
 carnis affectus relinquam, frigidus  
 ad terrena, & ad coelestia inflam-  
 matus.

Auditui meo dabis gau-  
 dium & lætitiã, & exul-  
 tabunt ossa humiliata.

Tunc enim domine orabo ad  
 te: mane, id est, initio lucis tue exau-  
 dies uocem meam, audiamq; quid lo-  
 quatur in me dominus deus: Quo-  
 niam loquetur pacem in plebẽ suã,  
 dabitq; mihi pacem: domine pacẽ da-  
 bis mihi, quia in te speravi. *Auditui  
 meo*

MISERERE.

meo dabis gaudium & letitiam, cum  
 audiam quod audiuit Maria. Et quid  
 audiuit Maria, de illa loquor quæ  
 fuit secus pedes tuos: quid igitur hæc  
 audiuit? Fides tua te saluam fecit, uae  
 de in pace. Audiam quoque, quod au- Luc. 7  
 diuit Latro: Hodie eris mecum in Pa- Luc. 23  
 radiso. Gaudium itaque mihi erit de  
 remissione peccatorum, letitia de  
 promissione bonorum. Nunquid nõ  
 gaudebo, & nõ letabor, quãdo red-  
 des mihi duplicia pro omnibus pec-  
 catis meis? Tunc gustare incipiam,  
 quoniam dulcis es domine, tunc discã  
 in cœlestibus habitare, tunc dicam cũ  
 propheta: Quam magna multitudo Psal. 30  
 dulcedinis tuæ domine, quam abscon-  
 disti timentibus te. Tunc gaudebo  
 & læ

Ossa qd. *et* letabor, *et* exultabunt ossa hu-  
 miliata. Quid sunt ossa, quæ carnem  
 sustinēt, nisi animæ rationalis uires,  
 quæ carnis nostræ fragilitatem por-  
 tant, ne in omnia uitia fluat, ne to-  
 tus homo efficiatur caro, penitusq;  
 tabescat? Ossa ergo hæc humiliata  
 sunt, quia nimis debilitata est ra-  
 tio, *et* uoluntas ad malum ualde  
 prona. Iam iam non caro obedit ra-  
 tioni, sed ratio carni. Vitijs resiste-  
 re non possum, quia ossa mea hu-  
 miliata sunt. Et quare humiliata?

Hiero. *Quia dereliquerunt te fontem de  
 quæ uiuæ, et foderunt sibi cister-  
 nas dissipatas, quæ continere non  
 ualent aquas: quia gratia tua  
 non sunt repleta, sine qua ne-  
 mo*

MISERERE.

mo potest bene uiuere, sine te enim nihil possumus facere. Confidebāt in uirtute sua, quæ nō erat uirtus. Ideo defecerūt in stultitia sua. Veniat ergo uirtus tua domine, & exultabunt ossa humiliata, ueniat gratia tua, ueniat fides, quæ per dilectionem operatur, ueniant uirtutes & dona, & exultabunt ossa humiliata. Exultabit quippe ratio, letabitur memoria, gaudebit uoluntas. Nimirum exultabūt, quia extra se saltem, dum ad bona opera prodibunt, uirtute magna exercebuntur in eis, nec deficiēt, sed te iuuante ad finem usq; perducentur.

Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes  
 m iniqui



## iniquitates meas dele.

Cur domine respicis peccata mea? cur numeras ea? cur adeo diligenter ea consideras? Nunquid nescis quia homo tanquam flos agri? cur non respicis potius in faciem Christi tui? heu me miserum. Cur uideo te mihi iratum? peccaui, fateor: sed tu benignus miserere mei. Auerte faciem tuam à peccatis meis. Facies tua, cognitio tua est. Auerte itaq; cognitionem tuam à peccatis meis. Non loquor de cognitione simplicis apprehensionis, qua omnia semper uides, sed de cognitione approbationis & reprobationis, qua opera iustorum approbas, & peccata impiorum

Facies  
dei.

## MISERERE.

piorū reprobando condemnas. Noli  
 peccata mea ita cognoscere, ut mihi  
 imputes ea: sed aufer faciem tuam à  
 peccatis meis, ut per misericordiam  
 tuam deleantur. Respice domine  
 creaturā quam creasti, respice ima-  
 ginem tuam, & ego miser superin-  
 duxi imaginem diaboli: auerte faciē  
 tuam ab imagine diaboli, ut non ira-  
 scaris mihi, & respice imaginem tu-  
 am, ut miserearis mei. O miseri-  
 cors domine, recordare quia Za- Luc. 19.  
 cheū ascendente in arborē sycomo-  
 rum respexisti, & in domum eius  
 descendisti, quod planè nūquam fe-  
 cisses, si imaginē diaboli in eo respe-  
 xisses: sed quia imaginem tuam in eo  
 uidisti, compassus es ei, & salutem

ei tribuisti. Ipse male ablata resti-  
 tuere quadruplicata, & dimidium  
 bonorum suorum pauperibus ero-  
 gare promisit, & consecutus est mi-  
 sericordiam & salutem. Ego me to-  
 tum trado tibi, nihil mihi reseruo,  
 tibi semper sincero corde promit-  
 to seruire, uota mea tibi reddam o-  
 mnibus diebus uitæ meæ. Cur ergo  
 domine in me quoque non respicis  
 imaginem tuam? ut quid adhuc pec-  
 cata mea consideras? Auerte obse-  
 cro faciem tuam à peccatis meis, &  
 omnes iniquitates meas dele. Omnes  
 rogo dele, ut nulla remaneant. Scri-  
 ptum est enim, Qui totam legem ser-  
 uauerit, in uno autem offenderit, fa-  
 ctus est omnium reus: id est, factus  
 est

Iacob. 1.

MISERERE.

est reus gehennæ, quæ est poena omnium peccatorum, quæ ducunt ad mortem. Dele ergo omnes iniquitates meas, ne ulla te offendat, quæ me omnium reum faciat.

Cor mūdum crea in me  
Deus, & spiritum re-  
ctum innoua in uisceribus  
meis.

Nam cor meum dereliquit me,  
nunquam de me cogitat, suæ salutis  
penitus oblitum per deuia uagatur,  
peregre profectum est, sequitur uanitates,  
& oculi eius in fines terre uocauit ipsum,  
& non respondit mihi, abiit, perijt in peccatis uenun-  
datum

MED. IN PSAL.

Cor mundum.

datum est. Quid ergo domine, quid dicā? Cor mundū crea in me Deus: cor humile, cor mansuetum, cor pacificum, cor benignum, cor pium, quod nulli inferat malum: quod malum pro malo non reddat, sed pro malo bonū: quod te super omnia diligat, de te semper cogitet, de te loquatur, tibi gratias agat, in hymnis & canticis spiritualibus delectetur, in coelis conuersetur. Cor tale crea in me Deus, ex nihilo produc illud, ut quale non potest esse per naturam, fiat tale per gratiam: hæc enim à te solo per creationem in animā uenit, hæc est forma cordis mundi, hæc oēs uirtutes secum trahens, omnia uitia pariter expellit. Cor itaq; mundum  
per

MISERERE.

per gratiam tuam crea in me Deus,  
 & spiritum rectum innoua in uisceri-  
 bus meis. Spiritus enim tuus dedu- Psal. 142  
 cet me in uiam rectam, qui me à ter-  
 renis affectibus purgabit, & ad cœ-  
 lestia subleuabit. Amās enim & ama-  
 tum sunt unū, qui ergo amat corpo-  
 ra, corpus est: qui uero spiritum dili-  
 git, spiritus est. Da mihi spiritum te  
 amante, teq; summū spiritū adoran-  
 tem, nā spiritus est deus, & eos qui Ioan. 40  
 adorant eum, in spiritu & ueritate  
 oportet adorare. Da spiritum re-  
 ctum, non quæ sua, sed quæ tua sunt  
 querentē. Innoua spiritum rectum  
 in uisceribus meis: innoua, quia pri-  
 mum quē mihi dederas, peccata mea  
 extinxerunt: da spiritum nouum,  
 m. 4 qui

MED. IN PSAL.

qui innouet quod inueteratum est,  
 nam anima mea spiritus est, & à te  
 ita creata, ut in se recta sit, ex natura  
 enim sua te super se amat, & pro-  
 pter te omnia desiderat, nam amor  
 naturalis rectus est, eo quòd à te est,  
 sed ex praua uoluntate sua inuetera-  
 tus est, & amorem naturalem cõtra-  
 bescere facit. Innoua ergo hunc spi-  
 ritum & hunc amorem per gratiam  
 tuam, ut recte incedat secũdum natũ-  
 ram suã, innoua in uisceribus meis,  
 ut intus radices ita firmet, ut nun-  
 quã amplius possit euelli. Innoua,  
 inquam, in uisceribus meis, ut semper  
 amore coelesti me urat, semper me  
 faciat ad te suspirare, te iugiter ama-  
 plecti & nunquam deserere.

Ne

MISERERE.

Ne proijcias me à facie  
tua, & spiritum sanctū  
tuum ne auferas à me.

Ecce domine, sto ante faciē tuam,  
ut inueniam misericordiam tuam.  
Sto ante bonitatem & benignita-  
tem tuam, expecto gratam respon-  
sionem tuam, ne proijcias me à fa-  
cie tua confusum. Quis unquam do-  
mine uenit ad te, & confusus ab-  
scessit? Quis rogauit faciem tuam,  
& uacuus abiit? Certe abundantia  
pietatis tuæ, & merita supplicum  
excedis & uota: plurāq; præstas,  
quàm homines desiderare aut intel-  
ligere possint: à seculo non est au-  
ditum



ditum, quòd uenientē ad te proieceris à facie tua cōfusum. Nunquid domine primus ero à facie tua proiectus? an à me uis initium habere cōfundendi uenientes ad te? num amplius non uis misereri & parcere?

Mat. 15 absit. Chananæa te sequebatur, clamabat, uocibus aëra implebat, discipulos tuos ad cōpassionem prouocabat, & tu tacebas: Ipsa perseuerabat pulsans, te adorabat, dicens, domine adiuua me: at tu nec sic respondebas. Discipuli rogauerunt pro ea, dicentes, dimitte eam, quia clamat post nos. Quid obsecro? quid domine ei respondisti? equidem quòd inaniter fiebat, quòd frustra laborabat. Dixisti enim, non sum missus, nisi

## MISERERE.

nisi ad oues quæ perierant domus  
 Israël. Quid hoc audito debuit Cha-  
 nanæa facere? Vtiq; de gratia, quam  
 desiderabat, desperare: nec tamẽ de-  
 sperauit, sed cõfidens de tua miseri-  
 cordia, iterũ rogabat, dicẽs, domine  
 adiuua me. Cui importune insistenti  
 domine, respondisti: Non est bonum  
 tollere panem filiorum, & mittere  
 canibus: ac si patẽter dixisses, rece-  
 de à me. Vos Chananæi canes estis,  
 immũdi estis, idololatræ estis, dona  
 gratiarum cœlestium ad uos non  
 pertinent, non debeo ea tollere Iu-  
 dæis, deum uerũ colentibus, & dare  
 uobis canibus, demones adorãtibus.  
 Quid nunc facies ô Chananæa? Eru-  
 besce iam & recede, quia iratus est  
 domi

dominus, non solum tibi, sed & uniuersae genti tuae. Quis domine Deus ad haec uerba tua confusus non recessisset? Quis non submurmurasset? Quis non te crudelem iudicasset? Et tamen haec ipsa mulier in oratione perstitit, spem non amisit, uerba dura non aegrè tulit, non irata est: sed magis humiliata, & in petitione persistens, confidenter dixit: Etiam domine, uerum est quod dicis, sed panem non peto, gratias filiorum non postulo, quia catula ego sum: micas peto, quae cadunt de mensa filiorum tuorum. Ipsi miraculis & gratijs abundant: mihi ad haec minima gratia non negetur, ut filia mea à demonibus liberetur. Nam

&

## MISERERE

Et catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Ecce quanta fides, quanta fiducia, quanta humilitas. Ideo tu non iratus de eius importunitate, sed gaudius de illius uirtute, dixisti: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Cur hæc scripta sunt domine Deus? ut discamus in te sperare, ut in oratione pie et humiliter perseueremus, quia dare uis. Sed Matt. 11  
 regnum cælorum uim patitur, et Luce. 16  
 uolenti rapiunt illud. Quæcunque Rom. 15  
 enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et cõsolationem scripturarum spem habeamus. Ne ergo projicias me à facie tua domine, qui die noctuq; ante

MED. IN PSAL.

ante faciem tuam flens, & eiulans  
 sto: non ut me liberares à demonij  
 oppreſſione corporali, ſed ut ani-  
 mam meam eripias ab eius poteſta-  
 te ſpiritali. Ne me confundas bone  
 IESV, quia in te ſolo ſpero, non  
 eſt mihi ſalus niſi in te domine.  
 Omnes enim dereliquerunt me, nam  
 & fratres & filij abiecerunt me,  
 viſcera mea abominantur me. Ne-  
 minem amplius habeo adiutorem,  
 præter te. Ne ergo proijcias me à  
 facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum  
 ne auferas à me. Nemo poteſt dice-  
 re, dominus IESVS, niſi in ſpiri-  
 tu ſancto. Itaq; ſi ego inuoco te do-  
 mine IESV, hoc facio in ſpiritu ſan-  
 cto. Si de peccatis commiſſis doleo, ſi  
 ueniam

MISERERE.

ueniam peto, hoc certe facio in spiritu sancto. Ideo te obsecro, spiritum sanctum tuum ne auferas à me, ut mecum sit, mecum laboret: nam quid oremus, Rom. 8. sicut oportet, nescimus, sed spiritus adiuuat infirmitatem nostram, & postulat pro nobis, id est, postulare nos facit, gemitibus inenarrabilibus. Hunc ergo spiritum sanctum tuum ne auferas à me, ut me orare doceat, & in labore me adiuuet, faciatque me in orationibus persistere & lachrymis, ut tandem inueniam gratiam coram te, & seruiam tibi omnibus diebus uitæ meæ.

Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali

## cipali confirma me.

Psal. 94.

Rem magnam peto domine,  
 quoniam tu es Deus magnus do-  
 minus, & rex magnus super omnes  
 deos: tibi iniuriam facit, qui à te  
 parua petit. Parua sunt omnia que  
 transeunt, parua omnia corporalia,  
 magna & preciosa spiritualia. Tolle  
 spiritum, tolle animam à corpo-  
 re, quid remanet nisi stercus? quid  
 nisi puluis & umbra? Ergo tantum  
 distat inter spiritum & corpus, quan-  
 tum inter corpus & umbram eius.  
 Qui igitur petit à te corporea, para-  
 ua petit: qui uero spiritualia, magna  
 profecto postulat: maxima autem  
 qui tui salutaris letitiam petit. Quid  
 est enim salutare tuum, nisi Iesus  
 filius

Salutare  
dei.

MISERERE.

filius tuus ? hic est uerus Deus  
 & uita aeterna. Cur ergo à te pa-  
 tre immenso & liberalissimo hoc  
 salutare nõ petam? quem pro me su-  
 per lignum tradidisti. Tu cum mihi  
 obtulisti, quare petere ipsum erube-  
 scam? Maximum & infinitum mu-  
 nus est: non sum ego tanto mune-  
 re dignus, te tamen decet tam ma-  
 gna dare. Propter hanc itaq; ineffa-  
 bilem pietatem, audeo ad te fiducia-  
 liter accedere, & salutaris tui leticiã  
 petere. Nam si à patre carnis  
 sue petierit quispiam filius piscem,  
 nunquid dabit ei serpentem? & si  
 petierit ouum, nunquid dabit ei scor-  
 pionem? Et si petierit panem, nun-  
 quid dabit ei lapidem? Si ergo  
 n patres

Matt. 7.  
 Luc. 11.



patres carnales, cum mali sint, &  
 peccatores, uolunt bona, eis à te da-  
 ta, dare filijs suis: quanto magis tu  
 pater coelestis, qui per essentiam bo-  
 nus es, dabis spiritū bonū petentibus  
 te? Ecce filius tuus de regione lōgin-  
 qua reuersus, dolēs & pœnitens, pe-  
 tit à te piscem fidei. Sicut enim piscis  
 latitat sub aquis, ita fides est de ijs,  
 quæ nō uidentur: petit dico, fidē ue-  
 rā, ut latetur in salutari tuo. Nūquid  
 porriges ei serpentē? Nūquid dabis  
 ei infidelitatis uenena, de tortuoso et  
 antiquo serpēte diabolo proficiscen-  
 tia? Peto à te domine ouū spei, ut si-  
 cut ex ouo speratur pullus, ita ex  
 spe ad uisionem salutaris tui mihi ue-  
 nire concedas, ut de ipsa spe egre-  
 dia

## MISERERE.

diatur uisio, quasi pullus de ouo.  
 Peto ouum spei, ut interim spe ipsa  
 saluetur anima mea in hac lachry-  
 marum ualle, & letetur in salutari  
 tuo. Nūquid dabis mihi desperatio-  
 nis scorpionem? ut sicut scorpio in  
 extremitate caudæ habet uenenum:  
 Ita & ego in extremo uitæ reseruens  
 peccatum, blandiarq; mihi in illece-  
 bris mundi, sicut scorpio in facie  
 blandiri uidetur? Peto etiam domine  
 à te panem charitatis CHRISTI,  
 qua se sicut panis omnibus cōmuni-  
 cat, ut semp gaudeā in salutari tuo.  
 Nūquid lapidem dabis mihi? hoc est,  
 cordis duriciā? Absit. Cur itaq; diffi-  
 dam petere & impetrare magna à  
 te domine, qui me excitas & inuitas

Luc. 18. ad petendum & pulsandum usq; ad  
 importunitatē? Quid uero tibi gra-  
 tum magis & mihi salubrius petere  
 possum, quā ut reddas mihi leti-  
 ciam salutaris tui? Iam gustavi  
 quā dulcis sit dominus, quā leue  
 & suaue sit onus eius. Memor sum  
 quanta pace, quanta animi tranquil-  
 litate fruebar, quando in domino  
 gaudebam, & exultabam in deo  
 IESU meo. Ideo nunc magis do-  
 leo, quia scio quid perdididi, scio  
 quā maxima bona amisi, ideo im-  
 portune clamo: Redde mihi leticiam  
 salutaris tui: Redde quod per pecca-  
 ta mea mihi abstuli: Redde qd' mea  
 culpa perdididi: Redde obsecro, per  
 Merita Christi. merita eius, qui semper stat ad dexte-  
 ram

M I S E R E R E .

ram tuam, & interpellat pro nobis,  
 ut per ipsum sentiam te mihi placatum,  
 ut sit signaculum super cor meum,  
 ut dicam cum Apostolo, Christo confixus sum  
 cruce, uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me  
 Christus. Verum, quia magna est fragilitas  
 mea, spiritu principali confirmata me,  
 ut nullis perturbationibus à Christo  
 separari ualeam, nullis terroribus  
 à te recedere, nullis cruciatibus  
 infirmari. Non enim uirtus mea  
 tanta est, ut pugnare possit cum antiquo  
 serpente, & ei praeualere. Petrus  
 me docuit, quanta sit infirmitas  
 nostra: ipse uidit te domine IESU  
 & tecum familiarissime conuersatus  
 est, gloriam tuam in monte gustauit,

Gala. 1.

Petri infirmitas.

Mat. 17 uit, quādo transfiguratus es, uocem  
 patris audiuit. Mira opera oculis  
 suis cōspexit, ipse quoq; uirtute tua  
 miracula plura fecit. Super aquas pe-  
 dibus ambulauit, uerba tua, tam po-  
 tentia, tam suauia quotidie audi-  
 uit: seruentissimæ fidei uidebatur: di-  
 cebatq; se paratū tecum & in car-  
 cerem & in mortem ire: & cum  
 negationem ipsius denunciaret ei,  
 non tibi credebat: in uirtute sua con-  
 fidebat: magis sibi homini, quā  
 tibi deo fidem adhibebat. At cum  
 Mat. 14 ancilla dixit ei: Tu de illis es? illi-  
 Luc. 22. co territus negauit. Venit alia an-  
 cilla, & dixit: Vere tu ex illis es,  
 iterum negauit. Non potuit co-  
 ram mulieribus stare, quomodo ste-  
 tisset

## MISERERE.

tisset coram regibus & tyrannis?  
 cum iterum ab astantibus interroga-  
 retur & accusaretur, coepit iurare  
 & detestari, quia non nouisset te,  
 quid putas dicebat? Arbitror, quod  
 per deum, & per legem Mosi iura-  
 bat, quod te non nouerat: & dete-  
 stabatur, dicens: Putatis uos me di-  
 scipulum huius Samaritani, seducto-  
 ris ac demoniaci, qui legem nostram  
 destruxit? Ego discipulus sum Mo-  
 si, hunc autem nescio unde sit. Deo  
 gratias, quia cessauit interroga-  
 tio. Si enim non cessasset interroga-  
 tio, nec quidem cessasset negatio.  
 Mille interrogationes, mille fecis-  
 sent negationes, imò mille periuria  
 & detestationes. Sed hæc interroga-  
 tio

- tiones fuerūt uerba: quid rogo, si Iu-  
 dai uenissent ad uerbera? Nihil cer-  
 te Petrus reliquisset, quo se per ne-  
 gationes & periuria, detestationes  
 ac blasphemias de manibus eorū ex-  
 plicuisset. Tu autem pie domine re-  
 spexisti eum, & statim peccatū suum  
 cognouit: nec tamen ausus est in me-  
 dium prosilire, & cōfiteri te filium  
 dei esse, quia nondum confirmatus  
 erat uirtute ex alto. Nam procul-  
 dubio iterum negasset, si flagella sibi  
 pręparata uidisset: imò maturio-  
 ri consilio egressus est forās & fle-  
 uit amare. Tu uero post resurre-  
 ctionem tuam apparuisti ei, conso-  
 latus es eum, nihilominus latebat  
 propter metum Iudęorum. Vidit  
 te in

## MISERERE.

te in cœlum tam gloriose ascenden-  
 tem, & angelorum uisione conso-  
 lationeq; confortatus est, nec tamen  
 in publicum prodire audebat, ex-  
 perientia quippe didicerat fragili-  
 tatem suam, probauerat infirmita-  
 tem, imò expectabat promissum spi-  
 ritum sanctum; uenit & repleuit  
 gratia pectus eius: Tunc prodijt,  
 tunc loqui cœpit, tunc uirtute ma-  
 gna testimonium resurrectionis tue  
 reddidit, tunc Principes sacerdo-  
 tum & reges non timuit, sed glo-  
 riabatur in tribulationibus, cru-  
 cemq; pro summis delicijs ample-  
 xabatur. Itaque domine in spiritu  
 principali confirma me, ut iugiter  
 permaneam in leticia salutaris tui,

Mar. 15  
 Act. 1.



- Gal. 5. alioqui contra tot bella persistere non possum. Caro concupiscit aduersus spiritum. Mundus undique me premit, diabolus non dormit: da mihi uirtutem spiritus tui, ut cadant
- Psal. 90. à latere meo mille, & decem militis à dextris meis, ut sim fidelis & fortis testis fidei tuæ. Si enim Petrus quem tot muneribus & gratijs donaueras, ita miserabiliter cecidit: quid ego domine, quid facerem? qui nec te in carne uidi, nec gloriam tuam in monte gustavi, nec miracula tua conspexi: quinimo opera tua mirifica, uix à longe intellexi, tuamq; uocem nunquam audiui, sed in peccatis semper fui. Spiritu itaque principali confirma me, ut in tuo obsequio

MISERERE.

quo perseverare ualeam, & dare  
pro te animam meam.

Docebo iniquos uias  
tuas, & impij ad te con=  
uertentur,

Non hoc domine temeritati ad= scribas, si docere cupio iniquos uias tuas. Non enim iniquus, infamis, & in uinculis, iniquos docere cupio, sed si reddideris mihi letitiam salutaris, si me spiritu principali confirmaue= ris, si me liberum miseris, tunc doce= bo iniquos uias tuas. Non enim hoc est tibi difficile, qui de lapidibus po= Matt. 31  
tes suscitare filios Abrahæ: nec pecca= ta possunt obstare tibi, si uolueris hoc  
face

Rom. 5. *facere: Quinimo ubi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.*  
 Actu. 9. *Paulus, Paulus spirans minarum & cædis,*  
*in discipulos domini potestatem accepit, ut si quos inuenerit uiros ac mulieres te sequentes, tuamq; fidem cõfite'tes, uinctos perduceret in Hierusalem. Ibat igitur furijs infectus, sicut lupus rapax, ut oues tuas disperderet, raperet, & occideret: dũ ergo esset in uia in seruore persecutionis, in actu peccati: dum te persequeretur: dum tuos occidere uellet: dum nulla ei inesset ad gratiam præparatio, nullaq; peccati cõgnitio, quando totis uiribus tibi aduersabatur & blasphemabat, teq; detestabatur: Ecce uox pietatis tue*  
 super

## MISERERE.

Super, eum, dicens: Saule Saule, quid  
 me persequeris? Qua uoce ilico  
 prostratus, & erectus: prostra-  
 tus est corpore, erectus est mente,  
 excitasti dormientem, oculis somno  
 grauatis infudisti lucem tuam, ostē-  
 disti faciem tuam, effudisti ineffabi-  
 lem misericordiam tuam. Surrexit  
 mortuus, oculos aperuit, uidit te, &  
 ait, domine quid me uis facere? Mi-  
 sisti lupum ad agnum, misisti eum  
 ad Ananiam. Baptisatus est, & re-  
 pente spiritu sancto repletus, factus  
 est uas electionis, ad portandum no-  
 men tuum coram Regibus & gen-  
 tibus & filiis Israël. Continuo er-  
 go ingressus synagogas, intrep-  
 dus prædicauit te, affirmans, quo-  
 niam

MED. IN PSAL.

niam tu es CHRISTVS. Disputabat, inualescebat, & confundebat Iudæos. Ecce domine, quia statim de persecutore fecisti eum prædicatorem, & talem ac tam magnum, ut plus cæteris Apostolis laborauerit.

O mira uirtus tua, si uolueris de iniquo facere iustum, de persecutore prædicatorem: quis prohibebit? quis resistet tibi? quis dicere poterit, cur ita facis? Omnia quæcunq; uoluisti, fecisti, in caelo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Non ergo arrogantia imputetur, si non mea, sed tua uirtute docere cupio iniquos uias tuas. Scio enim me nihil tibi offerre posse, quod oculis tuae pietatis magis placet: hoc sacrifici

MISERERE.

crificium est omnium maximum,  
nihil etiam possum offerre mihi uti-  
lius. Si ergo me in alium uirum mu-  
taueris, docebo iniquos uias tuas.

Via de  
mini.

Non uias Platonis, non Aristote-  
lis, non implicationes syllogismo-  
rum, non Philosophiæ dogmata, non  
Rhetorum inflata uerba, non nego-  
cia secularia, non uias uanitatis, non  
uias ducentes ad mortem: sed uias  
tuas & præcepta tua, quæ ducunt  
ad uitam: non unam uiam tantum,  
sed multas uias, quia multa sunt  
præcepta tua, omnes tamen istæ  
uie terminantur ad unam, omnes  
enim in una charitate, quæ adeo con-  
iungit animos fidelium, ut fiat eis  
cor unum, et anima una in domino:  
uel

A. 2. 4. 10.

uel certe diuersæ uia, diuersæ uitæ:  
 per aliã nanq; incedunt Clerici, per  
 aliam Monachi, per aliam mendican  
 tes, aliamq; tenent matrimonio con  
 iuncti, aliam in uiduitate degentes et  
 continentes, aliam uirgines, aliam se  
 quuntur Principes, aliam Doctores:  
 deniq; diuersi status hominum per  
 diuersas uias ad patriam cœlestem  
 proficiscuntur. Docebo itaq; iniquos  
 uias tuas, unumquenq; iuxta cõditio  
 nem & captum suum, & impij ad te  
 conuertentur: quia prædicabo eis nõ  
 me ipsum, sed CHRISTVM cruci  
 fixum: imò non ad laudes meas, sed  
 ad te conuertentur, relinquent enim  
 uias suas, ut ueniẽtes ad tuas, per eas  
 incedant, & ad te perueniant.

MISERERE.

Libera me de sanguinibus  
 deus deus salutis  
 meæ, & exultabit lin-  
 gua mea iustitiã tuam.

In multis sanguinibus suffocor,  
 & de profundis eorum clamo ad te Psal. 129  
 domine, domine exaudi uocem meã.  
 Ne differas domine, quia morti pro-  
 ximus sum. Sanguines mei, peccata Sangui-  
nes.  
 mea sunt. Sicut enim in sanguine est  
 uita carnis, ita in peccato est uita  
 peccatoris: effunde sanguinẽ & mo-  
 ritur animal, effunde per confessionẽ  
 peccatum, moritur peccator, & iu-  
 stus efficitur. Ego igitur non solum  
 in sanguine inuolutus sum, sed etiam  
 o in



MED. IN PSAL.

in sanguinibus immersus, gurgites  
sanguinū me trahunt ad inferos: suc-  
curre mihi domine ne peream: libe-  
ra me de sanguinibus deus, qui omnia  
gubernas & moues, qui solus potes  
me liberare, in cuius manu est spiri-  
tus uitæ. Libera me de sanguinibus  
deus autor salutis meæ, Deus in quo  
solo est salus mea. Libera me domine

- Gene. 7 sicut liberaſti Noë de aquis diluuij:  
Gen. 19 libera me sicut liberaſti Loth de in-  
cendio Sodomorum: libera me sicut  
Exo. 14. liberaſti filios Iſraël de profundo  
maris rubri: libera me sicut libera-  
Iouæ 2 ſti Ionam de uentre ceti: libera me  
Danic. 3 sicut liberaſti tres pueros de cami-  
no ignis ardentis: libera me sicut  
Mat. 14 liberaſti Petrum de periculo maris:  
libe

## MISERERE.

libera me sicut liberasti Paulum de Act. 17  
 profundo pelagi: libera me sicut li-  
 berasti infinitos peccatores de ma-  
 nu mortis & de portis inferni, &  
 exultabit lingua mea iustitiam tuam:  
 id est, propter iusticiam tuā, quam in  
 me sentiam per gratiam tuam. Iusti- Iustitia  
dei.  
 cia enim tua, ut dicit Apostolus, est  
 per fidem IESU Christi in omnes  
 & super omnes, qui credūt in eum.  
 Exultabit itaq; lingua mea, laudan-  
 do hanc iustitiam tuam, extollen-  
 do gratiam tuam, magnificando pie-  
 tatem tuam, confitendo peccata mea,  
 ut in me laudetur misericordia tua,  
 quæ tam magnum peccatorem di-  
 gnata sit iustificare, ut cognoscant  
 omnes homines, quòd salvas spe-  
o 2 ran

rantes in te, & libera eos de manu  
angustiæ domine deus noster.

**Domine labia mea aperies, & os meum annun-  
ciabit laudem tuam.**

*Magna res est laus tua domine.  
Etenim de tuo fonte procedit, de  
Eccle. 15. quo nō bibit peccator: Non est enim  
speciosa laus in ore peccatoris. Li-  
bera ergo me de sanguinibus deus  
deus salutis meæ, & exultabit lin-  
gua mea iustitiam tuā. Tunc domine  
labia mea aperies, & os meū annun-  
ciabit laudem tuam. Tu enim habes  
Esa. 22. clauem Dauid, qui claudis & nemo  
aperit, & aperis & nemo claudit.  
Tu ergo aperies labia mea, sicut ape*

MISERERE.

aperuisti labia infantium & lacten- Psal. 8  
 tium, ex quorū ore perfecisti laudem  
 tuam. Hi profecto fuerūt prophetae,  
 & Apostoli, ceteriq; sancti tui, qui  
 te simplici & puro corde & ore  
 laudabant: non autem Philosophi &  
 Oratores, qui dixerunt: Linguā no- Psal. 111.  
 stram magnificabimus, labia nostra à  
 nobis sunt, quis noster deus est? Ape  
 riebant ipsi labia sua, non tu aperie  
 bas ea, imò ex eorum ore non per  
 fecisti laudem tuam. Infantes tui do  
 mine laudabant te, & seipsos despi  
 ciebant. Philosophi, dum se laudare  
 gestiebant, seipsos magnificare uo  
 lebant. Lactentes tui laudabant glo  
 riam tuam, quam per gratiam su  
 percoelestem cognoscebant. Philo  
 sophi

Sophi per sola naturalia te cogno-  
 scentes, laudes tuas perfecte expri-  
 mere non poterant. Sancti tui cor-  
 de & ore bonisq; operibus te lau-  
 dabant. Philosophi solis uerbis &  
 inflata sapientia. Pueri tui in toto ter-  
 rarum orbe laudes tuas diffuderunt.  
 Philosophi uix paucis discipulis præ-  
 dicauerunt. Amici tui laudibus tuis  
 innumerabiles homines à peccatis  
 ad uirtutes, & ad ueram felicitatem  
 conuertebant. Philosophi nec ueras  
 uirtutes, nec ueram felicitatē cogno-  
 scebant. Dilecti tui ineffabilem pie-  
 tatem tuam, quam ostendisti in filio  
 charitatis tue, prædicauerunt. Phi-  
 losophi hanc nullo pacto intelligere  
 potuerunt. Ex ore itaque infantium  
 & lra

## MISERERE.

& lactentium perfecisti laudem tuā.  
 Semper enim tibi soli placuit exal-  
 tare humiles, & humiliare super-  
 bos. Quia ergo superbis semper re-  
 sistis, da mihi ueram humilitatem, ut  
 ex ore meo perficias laudem tuam.

Mat. 18

Da mihi cor paruuli, quia nisi con-  
 uersus fuero sicut paruulus, non po-  
 tero introire in regnum cœlorum.

Fac me sicut unum de infantibus &  
 lactentibus tuis, ut semper pendeam  
 ab uberibus sapientiæ tuæ: quia me-

Cant. 1

liora sunt ubera eius uino, & me-  
 lior est sapientiā cunctis opibus,  
 & omnia quæ desiderantur, huic  
 non ualent cōparari. Infinitus enim  
 thesaurus est hominibus, quo qui  
 usi sunt, participes facti sunt amici-

tie dei. Si ergo me paruulum feceris,  
 laudē tuā in ore meo perficies. Tūc  
 enim aperies labia mea, & os meum  
 annuntiabit laudem tuā: annuntiabit  
 quippe perfecte sicut ex ore infantū  
 & lactentium perfecisti laudem.

Quoniam si uoluisses sa-  
 crificiū, dedissem utiq;,  
 holocaustis nō delecta-  
 beris.

Os meū domine annūciabit laudē  
 tuam. Scio enim hoc tibi gratissimum  
 esse, cū per prophetā dicas: Sacrificiū  
 laudis honorificabit me, & illic iter,  
 quo ostendā illi salutare meū. Offerā  
 itaq; laudē tibi, laudē, inquā, infantū  
 & la

## MISERERE.

& lactentium pro omnibus peccatis  
 meis. Et quare laudē potius quā sa-  
 crificium offeram tibi pro peccatis  
 meis? Quoniā si uoluisses sacrificiū,  
 dedissem utiq; holocaustis non dele-  
 ctaberis. Nunquid sanguine hircorū  
 aut uitulorum placari poteris? Nun-  
 quid manducabis carnes taurorum  
 aut sanguinem hircorum potabis? an-  
 forte aurum quæris, qui coelū & ter-  
 ram possides? Num uis, ut corpus  
 meum sacrificē tibi? qui non uis mor-  
 tem peccatoris, sed magis ut conuer-  
 tatur & uiuat. Castigabo tamen cū  
 mēsurā carnem meā, ut per gratiam  
 tuam rationi subiecta sit, eiq; deser-  
 uiat: nam & in hoc, si mēsuram ex-  
 cessero, mihi imputabitur ad peccā-  
 tum



Rom. 12 tum. Rationabile (inquit Apostolus  
 tuus) obsequium uestrum. Tu quoq;  
 Osee. 6 dixisti per prophetam : Misericor-  
 diam uolo, & nō sacrificium. Igitur,  
 os meum annuntiabit laudem tuam,  
 quia hæc oblatio honorificat te, &  
 pandit nobis iter ad salutare tuum:  
 P sal. 56 & 107 Paratum cor meum deus, paratum  
 cor meum : paratū per gratiam tuā,  
 ad omnia quæ tibi grata sunt facien-  
 da, hoc unum inueni tibi acceptissi-  
 mum, hoc offeram tibi, hoc semper  
 erit in corde meo, hoc personabunt  
 labia mea : quoniam si uoluisses sa-  
 crificium corporale, utiq; dedissem,  
 paratum enim cor meum per gra-  
 tiam tuā, ut impleat uoluntatē tuam,  
 sed huiusmodi holocaustis non de-  
 lecta

MISERERE.

lectaberis, corpora enim fecisti pro-  
 pter spiritus, ideo tu spiritualia, non  
 corporea quæris. Dicit enim in quo-  
 dam loco : Præbe fili mi, cor tuum PROV. 23  
 mihi, hoc est, sacrificium quod tibi  
 placet, cor dolore peccatorum, &  
 amore celestium bonorum inflam-  
 matum offeratur tibi, & nequaquã  
 amplius repetatur, huiusmodi holo-  
 causto tu delectaberis.

Sacrificium deo spiritus  
 contribulatus, cor con-  
 tritum, & humiliatum  
 deus non despicias.

Spiritus quidem contribulatus, nõ  
 caro contribulata tibi placet. Nam  
 caro

MED. IN PSAL.

caro cōtribulatur, quia terrena quæ  
 optat, non habet, uel certe in se sen-  
 tit quæ odit. Spiritus uero contrista-  
 tur de culpato, quia fecit contra de-  
 um quem amat. Dolet se suum crea-  
 torem & redemptorem offendisse,  
 se sanguinem eius despexisse, se  
 tam bonum, & dulcem patrem con-  
 tempnisse, hic ergo spiritus contribu-  
 latus sacrificium est tibi odoris sua-  
 uissimi, ex aromatibus enim amaris-  
 simis, id est, ex memoria peccato-  
 rum conficitur. Dum enim peccata  
 in mortariolo cordis colliguntur, &  
 pistillo compunctionis contundun-  
 tur, in pulueremq; rediguntur, atq;  
 aquis lachrymarum humectantur,  
 inde fit unguentum & sacrificium  
 sua

## MISERERE.

suauissimum tibi, quod oblatum ne-  
 quaquam despicias. Nam cor con-  
 tritum & humiliatū deus non despi-  
 ciet. Qui ergo cor suum saxeam ex  
 durissimis peccatorum lapidibus con-  
 structum frangit & conterit, ut inde  
 unguentum conficiat contritionis,  
 in abundantia lachrymarum, & de  
 peccatorum multitudine aut graui-  
 tate minime desperans, humiliter tibi  
 huiusmodi sacrificium offert, nullo  
 modo à te despicietur, quia cor con-  
 tritum & humiliatum deus non de-  
 spicias. Maria Magdalena in ciui- Luc. 7  
 tate peccatrix tale unguentum conse-  
 cit, in alabaastro cordis posuit, domū  
 Pharisei ingredi nō timuit: secus pe-  
 des tuos prostrata est, flere inter epu-  
 las

las non erubuit, dolore pressa non  
 loquebatur, sed cor eius in lachry-  
 mas soluebatur, quibus lauit pedes  
 tuos, capillis suis terfit, ungueto un-  
 xit, & non cessauit osculari. Quis  
 audiuit unquam tale? aut quis uidit  
 huic simile? Placuit itaque tibi hoc  
 eius sacrificium, & adeo gratum  
 fuit, ut Phariseo, qui iustus uideba-  
 tur, eam prætuleris: uerbis enim tuis  
 insinuasti tantum distare inter iusti-  
 ficationem Mariæ & iustitiam Phari-  
 sei, quantum inter se distant, lauare  
 pedes aqua, & abluere lachrymis:  
 osculari semel faciem, & non ces-  
 sare osculari pedes: ungerere caput  
 oleo, & ungerere pedes unguento  
 preciosissimo. Quinimò longe am-  
 plius

MISERERE.

plius Maria præstabat Phariseo,  
 quia ipse nec aquam, nec osculum,  
 nec oleum tibi exhibuerat. O' ma-  
 gna uirtus tua domine, magna po-  
 tentia tua, quæ se maxime parcen-  
 do & miserando manifestat, uideo  
 igitur, quia cor contritum & hu-  
 miliatum Deus non despicias. Id-  
 circo huiusmodi cor tibi offerre stu-  
 deo, nec oportet me hoc uerbis  
 suadere, quia tu es Deus scrutans  
 renes & corda. Suscipe ergo &  
 hoc sacrificium meum, quod si  
 forte imperfectum est, tu qui so-  
 lus potes, ipsum perfice, ut fiat  
 holocaustum: id est, totum incen-  
 sum ardore tuæ immense charitatis,  
 ut tibi placeat, aut ut ipsum saltem  
 non

Hier. 17.  
 Apoc. 24.

non despicias. Si enim non despez  
xeris, scio quòd inueniam gratiam  
coram te, & posthac nullus sancto-  
rum tuorum, siue in coelo, siue in ter-  
ra, me despiciet.

Benigne fac domine in  
bona uoluntate tua Si-  
on, ut edificentur muri  
Hierusalem.

**Psal. 17** Quia enim scriptũ est: Cũ sancto  
sanctus eris, & cum uiro innocente  
innocens eris, & cum electo electus  
eris, & cum peruerso peruerteris:  
ualde cupio omnes homines saluos  
fieri, & ad agnitionẽ ueritatis ueni-  
re, hoc enim & eis necessarium, &  
mibi

MISERERE.

mibi utile esset. Nam eorum orationibus, meritis, & exemplis resurgerem, & ad meliora quotidie provocarer. Rogo ergo te domine, quavis peccator, Benigne fac in bona uoluntate tua Sion, ut edificentur muri Hierusalem. Sion est Ecclesia tua. Nam Sion interpretatur specula: quia ecclesia tua per gratiam spiritus sancti, gloriam dei pro captu huius uitæ specularatur. Hinc dicebat Apostolus: Nos reuelata facie, gloriam domini specularantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Domine deus quàm parua est hodie Ecclesia tua. Iam totus mundus deficit, nam longe plures

Sion.  
2. Cor. 3  
p sunt



sunt infideles quàm Christiani. Inter  
 Christianos autem ubi sunt, qui reli-  
 ctis terrenis gloriam domini speculè-  
 tur? Paucos certe inuenies compara-  
 tione eorū qui terrena sapiunt, quo-  
 rum Deus uenter est, & gloria in  
 confusione ipsorum. Benigne fac do-  
 mine in bona uoluntate tua Sion, ut  
 augeantur merito & numero. Respi-  
 ce de caelo, & fac benigne iuxta con-  
 suetudinem tuam, ut ignem charitatis  
 è caelo emittas super nos, qui con-  
 sumat omnia peccata nostra. Fac do-  
 mine in bona uoluntate tua, ut non  
 secundum peccata nostra facias nobis,  
 neq; secundū iniquitates nostras  
 retribuas nobis, sed fac nobis secun-  
 dum magnam misericordiam tuam.

MISERERE.

Tu domine pater noster & redem-  
 ptor noster, tu pax & gaudium no-  
 strum, tu spes nostra & salus eter-  
 na, omnes à te bona expectant, dāte  
 te illis colligent, aperiēte manū tuā,  
 omnia implebuntur bonitate. Aucre-  
 tente autē te faciem, turbabuntur, ab-  
 feres spiritum corū, & deficient, &  
 in puluerem suum reuertentur. Emit Psal. 103  
 te spiritum tuum, & creabuntur, &  
 renouabis faciem terræ: domine obse-  
 cro, quæ utilitas in dānatione tot mi-  
 lium hominum? Infernus impletur,  
 Ecclesia quotidie euacuatur. Exur- Psal. 43  
 ge, quare obdormis domine, exur-  
 ge, & ne repellas in finem. Benigne  
 fac in bona uoluntate Sion, ut edi-  
 ficentur muri Hierusalem. Quid est

Hieru  
salem. Hierusalem? quæ interpretatur uisio  
pacis, nisi beatorum ciuitas sancta,  
quæ est mater nostra? Huius muri  
corruerunt, quãdo Lucifer cū Ange  
lis suis corruit, in quorum loca assu  
muntur homines iusti. Benigne igitur  
fac domine Sion, ut cito impleatur  
numerus electorum, & ædificentur  
perficianturq; muri Hierusalẽ ex la  
pidibus nouis, te semper laudãtib;,  
& permanentibus in æternum.

Tunc acceptabis sacrifi  
cium iustitiæ oblationes  
& holocausta, tũc impo  
nent super altare tuum  
uitulos.

CUM

## MISERERE.

Cum enim benigne feceris in bona uoluntate tua Sion, acceptabis sacrificium iusticiæ: acceptabis dico, quia igne tuæ charitatis consumes, sic enim sacrificium Mosi, & sacrificium Helie acceptasti. Tunc enim sacrificia iusticiæ acceptas, quando animas quæ iuste uiuere satagunt, gratia tua impinguas. Quid prodest sacrificia tibi offerre, quando non acceptas ea ò domine? quot offerimus hodie sacrificia, quæ tibi grata nō sunt, sed potius abominabilia? offerimus enim sacrificia nō iusticiæ, sed ceremoniæ nostræ: ideo non sunt accepta. Vbi nunc Apostolorum gloria? ubi martyrum fortitudo? ubi prædicatorum fructus? ubi mona-

chorum sancta simplicitas? ubi pri-  
 morum Christianorum uirtutes &  
 opera? Tunc enim acceptabis eorum  
 sacrificia, quando gratia tua & uir-  
 tutibus eos exornabis. Si quoq; tu be-  
 nigne feceris Sion in bona uoluntate  
 tua, tunc acceptabis sacrificium ius-  
 titiae, quia populus incipiet bene ui-  
 uere, & mandata tua seruare, ac ius-  
 titiam facere, & super ipsum erit be-  
 nedictio tua. Tunc oblationes sacer-  
 dotum & clericorum tibi acceptae  
 erunt, quia relictis terrenis, ad per-  
 fectiorem uitam sese accingent, &  
 unctio benedictionis tuae erit super  
 capita eorum: tunc grata tibi erunt  
 holocausta religiosorum, qui relicto  
 torpore, & tepiditate eliminata, incē-  
 dio

MISERERE.

dio diuini amoris omni ex parte con-  
 summabuntur. Tunc Episcopi &  
 predicatorum imponent super altare  
 tuum uitulos, quia in omni uirtute  
 consummati, & spiritu sancto reple-  
 ti, non dubitabunt ponere animas  
 suas pro ouibus suis. Altare enim tuū **Altare.**  
 quid est, nisi crux tua bone IESV,  
 super quam oblatus fuisti? Quid ui- **Vitulus.**  
 tulus lasciuens significat, nisi cor-  
 pus nostrum? Tunc ergo imponent  
 super altare tuum uitulos, quando  
 corpora sua offerent cruci, id est,  
 cruciatibus, & morti pro nomine  
 tuo. Tunc florebit ecclesia, tunc di-  
 latabit terminos suos, tunc laus  
 tua resonabit ab extremis terra,  
 tunc gaudium & letitia occupabit  
 p 4 orbē

orbem terrarum. Tunc exultabunt  
 Psal. 49. sancti in gloria, letabuntur in cubili-  
 bus suis, expectantes nos in terra ui-  
 uentium. Fiat obsecro domine nunc  
 mihi illud tunc, ut miserearis mei se-  
 cū dum magnam misericordiā tuam,  
 ut suscipias me in sacrificium iusti-  
 ciæ, in oblationē sanctimonie, in ho-  
 locaustum religiose uitæ, & in uitu-  
 lum crucis tuæ, per quam tran-  
 sire merear ab hac ualle  
 miseriæ, ad gloriam  
 illam, quā præ-  
 parasti di-  
 ligenti-  
 bus  
 te.

AMEN.

# E I V S D E M

I N P S A L M V M, I N

te domine speravi,  
meditatio.



**T**RISTITIA  
obsedit me, magno  
et forti exercitu ual-  
lauit me, occupauit  
cor meum clamori-

bus, & armis die noctuq; contra me  
pugnare non cessat. Amici mei sunt  
in castris eius, & facti sunt mihi ini-  
mici. Quaecunque uideo, quaecunque  
audio, uexilla tristitiae deferunt: me-  
moriam amicorum me contristat, re-  
cordatio filiorum me affligit, con-  
sideratio claustris & cellae me angit,

p s me



meditatio studiorum meorū dolore  
 me afficit, cogitatio peccatorum me  
 premit. Sicut enim febre laboranti-  
 bus, omnia dulcia amara uidentur:  
 ita mihi omnia in mœrorem & tristi-  
 tiam conuertuntur. Magnum profē-  
 cto onus, super cor tristitia hæc. Ve-  
 nenum aspidū, pestis perniciofa mur-  
 murat contra deum, blasphemare nō  
 cessat, ad desperationem hortatur.  
 Infelix ego homo, quis me de mani-  
 bus eius sacrilegis liberabit? Si om-  
 nia, quæ uideo & audio uexilla se-  
 quuntur, & fortiter contra me pu-  
 gnant, quis erit protector meus? quis  
 auxiliabitur mihi? quo uadam? quo  
 pacto effugiam? Scio quid faciam,  
 ad inuisibilia me conuertam, & ad-  
 ducam

IN TE DOM. SPER.

ducam ea contra uisibilia. Et quis  
 erit dux, tam excelsi, tamq; terribilis  
 exercitus? Spes, quæ de inuisibilibus  
 est, spes, inquam, contra tristitiam ue  
 niet, & expugnabit eam. Quis sta  
 re poterit contra spem? Audi quid  
 dicat Propheta: Tu es domine spes Psal. 90,  
 mea, altissimum posuisti refugium  
 tuum. Quis stabit contra dominum?  
 quis expugnare poterit refugiũ eius,  
 quod est altissimum? Vocabo itaque  
 eum, ueniet profecto, nec me con  
 fundet. Ecce iam uenit, gaudia attu  
 lit, pugnare me docuit, dixitq; mihi:  
 Clama, ne cesses. Et aio: Quid cla  
 mabo? Dic, inquit, confidenter &  
 ex toto corde:

In te

In te domine speraui,  
 non confundar in æter-  
 num, in iusticia tua libe-  
 ra me.

*O' mira potentia spei, cuius fa-  
 ciem non potuit tolerare tristitia.  
 Iam uenit consolatio. Clamet & ob-  
 strepet nunc tristitia cum exercitu  
 suo. Premat mundus, insurgant ho-  
 stes, nihil timeo, quoniam in te do-  
 mine speraui, quoniã tu es spes mea,  
 quoniam tu altissimum posuisti re-  
 fugium tuum. Iam ipsum ingressus  
 sum, spes me introduxit, nõ ego im-  
 prudenter intraui, ipsa me excusabit  
 coram*

IN TE DOM. SPER.

coram te: ecce, inquit spes, ô homo,  
altissimum refugium dei, aperi oculos tuos, & uide: Deus solus est, <sup>Deus solus est</sup> solus ipse est substantiæ pelagus infiniti: Cetera ita sunt, ac si nõ essent, omnia enim dependent ab eo, & nisi sustentaret ea, in nihilum repente redirent, quia ex nihilo facta sunt. Considera potentiã eius, qui in principio creauit cœlum & terrã. Nunquid nõ ipse omnia in omnibus operatur? Quis potest mouere manum sine eo? quis potest à se aliquid cogitare? Pensa sapientiam eius, qui in tranquillitate omnia gubernat, qui omnia uidet, & cuius oculis omnia sunt nuda & aperta. Hic est qui solus te liberare scit, & potest: solus  
conso

Psal. 145 *consolari, solus saluare: Noli confi-*  
*dere in filijs hominum, in quibus nō*  
*est salus. Cor hominū in manu eius,*  
*quocunq; uoluerit, uertet illud. Hic*  
*est qui potest & scit te iuuare. An*  
*forte tibi est suspecta uoluntas? Pēsa*  
*bonitatem eius, considera dilectionē.*  
*An non ipse est amator hominū, qui*  
*pro hominibus factus est homo, &*  
*pro peccatoribus crucifixus? Hic est*  
*uere pater tuus, qui te creauit, qui te*  
*redemit, qui tibi semper bene fecit.*  
*Nunquid poterit pater relinquere*  
*filiū suū? Projice te in eum, &*  
*excipiet & saluabit te: scrutare scri-*  
*pturas, & inuenies, quā studiose*  
*tanta pietas te monet, ut speres in*  
*eum. Cur hoc? Nempē, quia sal-*  
*uare*

IN TE DOM. SPER.

uare uult. Quid enim per Prophe-  
tam dicit? Quoniam in me sperauit, P sal. 90  
liberabo eum. Ecce, quia nulla alia  
causa eum liberare uult, nisi, quia  
sperauit in eum. Et quid prophe-  
ta? quid Apostoli? quid denique ipse  
Apostolorum dominus, prædicau-  
erunt? nisi ut homines in domino spe-  
rarent? Sacrificate itaque homines sa- P sal. 4  
crificium iustitiæ, & sperate in do-  
mino, & ipse liberabit uos, & eruet  
de omni tribulatione. O magna P sal. 14  
uirtus spei, nimirum diffusa est. Dif-  
fusa est enim gratia in labijs tuis.  
O uere altissimum refugium tuum  
domine, ad quod malum tristitiæ ac-  
cedere non poterit. Hæc cognoui &  
intellexi, ideo in te domine spera-  
ui.

vi. Quanquam enim peccatorum moles me grauius premit, tamen desperare nescio, quia bonitas tua tam benigne ad sperandum me prouocat. Imò non confundar in æternum. Potero quidem in tempore confundi, non tamen in æternum: spes enim, quæ introduxit in altissimum refugium tuum, non me docuit sperare temporalia, sed æterna. Nam spes inuisibilis est: quæ autem uidetur, temporalia sunt: quæ uero non uidentur, æterna.

Audiens itaque ego uerba spei, quæ me eripere de manibus tristitiæ uenit, in te domine speraui, cupiens ante omnia à peccatis liberari, & per misericordiam & gratiam

IN TE DOM. SPER.

tiam tuam ad æterna, quæ non uidentur, peruenire. Hoc primum desiderium meum. Mea enim peccata sunt maxima tribulatio, ab hac enim omnis alia tribulatio proficiscitur. Tolle domine peccata mea, & liber sum ab omni tribulatione. Nam tribulatio & angustia de fonte cordis procedunt. Omnis enim tristitia ex amore provenit. Si amo filium & moritur, tribulor, quia perdidit quod amabam. Si seruum non amo, & moritur, non contristor, quia perdidit quod non amabam. Tolle ergo domine peccata mea per gratiã tuam, quid restat, nisi ut te ex toto corde diligam, & omnia temporalia, ut uana contēnam? Si ergo te habeo

¶ per



MED. IN PSAL.

1. Cor. 13. per fidem, à quo etiã id spero quod  
 Eia. 64. oculus non uidit, nec auris audiuit,  
 nec in cor hominis ascendit, quid me  
 poterit conturbare? Quod præter  
 deum amifero, perdidit quod non as-  
 mo. In te domine speraui, quomodo  
 spes mea sperare me docuit, ideo nõ  
 confundar in æternum, quia mihi da-  
 bis æterna. Qui autem non sperat in  
 te, sed in uanitate sua, confundetur  
 in æternum, quia ad æternam confu-  
 sionem descendet. Potero quidem  
 confundi temporaliter, & à te, et ab  
 omnibus, sed non confundar in æter-  
 num. A te quippe, dum peto libera-  
 ri ab angustia temporalis, & fortassis  
 non exaudies me: confundar tunc  
 quidem temporaliter, at nõ confun-  
 dar

IN TE DOM. SPER

dar in aeternum. Non enim expedit  
 mihi, quia uirtus in infirmitate perficitur. Ab hominibus uero temporaliter confundor, & praevalent aduersum me, quando persequuntur me. Sed hoc etiã permittitur à te, ut in aeternũ non confundar. Si ergo ante te mille anni sunt, tanquam dies hesternae quae praeierunt, confusiones temporales libenter sustinebo, ut nõ confundar in aeternum. Sperabo in domino, quomodo spes mea me sperare docuit, & cito ab omni tribulatione liberabor. Quibus meritis liberabor? Non meis domine, sed in iustitia tua libera me. In iustitia tua dico, non mea. Ego enim misericordiã quero, nõ meam iustitiã offero.

1. Cor.  
12.

Sed si per gratiam tuam me iu-  
 stum reddideris, iam habeo iusti-  
 tiam tuam. Gratia enim tua in no-  
 bis est iustitia tua. Pharisei confi-  
 debant in operibus iustitiae, confi-  
 debant quidem in iustitia sua, &  
 ideo iustitiae dei non fuerunt sub-  
 Rom. 3. iecti: quia ex operibus legis non iu-  
 Gala. 2. stificabitur omnis caro coram deo.  
 Iustitia autem dei apparuit per gra-  
 tiam IESU Christi, etiam sine o-  
 peribus legis. Philosophi gloriaban-  
 tur in iustitia sua, & ideo non in-  
 uenerunt iustitiam tuam: quia non  
 intrabant per ostium. Fures erant  
 & latrones, qui uenerant, non ad  
 saluandum, sed ad perdendum &  
 mactandum oues. Gratia ergo tua,  
 iusti

IN TE DOM. SPER.

iustitia tua domine. Et gratia iam non esset, si ex meritis daretur, ergo non in iustitia mea, sed in iustitia tua, libera me à peccatis meis. Vel certe libera me in iustitia tua, id est, in filio tuo, qui solus inter homines inuentus est iustus.

Christus  
iustitia.

Quid ergo est filius tuus, nisi ipsa iustitia, in qua homines iustificantur? In tua ergo iustitia iustifica me, & libera me à peccatis meis, ut liberer & ab alijs tribulationibus, quas propterea patior, ut remota causa, remoueatur et effectus.

Ecce te domine rogavi, et cōsolatus sum: spes ita me docuit: gaudisus sum: quia in te speravi, ideo nō cōfundar in æternum. Tristitia redijt, cum

magno apparatu reuersa est, gladijs  
 & lanceis undique munita est, ma-  
 gno impetu graditur, iam ciuitatem  
 nostrā circuncinxit. Terruit me cla-  
 mor equitum eius, foris stans, silen-  
 tium in dixit, & procul locuta est.  
 O, inquit, ecce qui sperauit in domi-  
 no, qui dixit, non confundar in eter-  
 num, qui spem consolatricem secu-  
 tus est. Et cū me ad hæc uerba eru-  
 bescere conspexit, appropians, ait:  
 Vbi tuæ spei promissa? ubi consola-  
 tio? ubi liberatio? qd tibi profuerunt  
 lachrymæ? quid orationes tuæ tibi  
 attulerūt de cælo? Clamasti, & ne-  
 mo respōdit tibi: fleuisti, & quis mi-  
 sericordia motus est super te? In-  
 uocasti deum tuum, & ipse tacuit:  
 roga

rogasti eum & obsecrasti, & non fuit uox, neq; sensus: implorasti omnes sanctos, & nullus eorum respexit te. Ecce quid tibi attulerunt uerba spei? laborasti, & nil in manibus tuis inuenisti: an putas, quia Deus hæc inferiora respiciat? Circa cardines cœli perambulat, nec nostrâ considerat. Hæc illa blasphemans, dicebat. Et cum ad uerba eius horrescerem, appropians in aure, locuta est, dicēs: Putas uera esse, quæ fides prædicat? Vis uidere ea hominū esse cōmentā? uel ex hoc cognosce, quia si Deus factus esset homo, & pro hominibus crucifixus, non posset tanta pietas hominē maximo mœrore confectum ad se clamitantem & lachry

MED. IN PSAL.

mantem non consolari: si, ut aiunt, bonitas infinita eum de cœlo descendere fecit, ut crucem subiret, quomodo nunc ad homines miseros nō descenderet, ut eos cōsolaretur? hoc certe facilius est, & eadem pietate subueniendum. Cur angeli & beati, si tam pij sunt, non ad te consolandum ueniunt? Quot putas homines, si possent, ad te uenirent, & uerbis & operibus, quantum facultas daretur, te latificarent, quin etiam ab omni angustia liberarent? Cur hoc non faciunt beati, qui longe meliores hominibus esse creduntur? mihi crede, casu omnia reguntur, non sunt nisi ea quæ uidentur. Spiritus uester euanescit sicut fumus

IN TE DOM. SPER.

mus, quis unquam reuersus ab inferis, nunciauit aliquid de his, quæ dicuntur post mortem animabus euenire? Fabulæ sunt hæ muliercularum. Surge, ergo, & ad auxilia hominum confuge, ut de isto carcere solutus, taliter uiuas, ut non frustra ab ista tua spe deceptus, semper labores. His dictis, tantus clamor auditus est in castris eius, tantus armorum strepitus, ac tubarum clangor, ut uix subsistere potuerim: & nisi spes mea dilecta mihi auxilium præstitisset, uinctum catenis me ad suam regionem tristitia deduxisset. Venit itaq; spes diuino quodam splendore corusca & subridens, dixit: Eia miles CHRISTI, quid tibi cor-



dis ? quid tibi animi est in isto certamine ? quod audiens, ilico erubui. Et illa : Noli timere, non capiet te malum, nequaquam peribis : ecce tecum sum, ut liberem te : an nescis quia scriptum est ? Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Quasi una de stultis mulieribus locuta est tristitia hæc : nunquid tibi persuadere poterit, non esse deum, aut deum non habere providentiam omnium ? An poteris de fide dubitare tu ? qui tot argumentis & rationibus eam roborasti ? miror te adeo ex uerbis eius esse prostratum. Dic, obsecro, num in corde tuo de fide dubitare coepisti ? Viuit dominus, & uiuit anima tua. O mater mea dulcissima, ga nec  
 mini

IN TE DOM. SPER.

minimum infidelitatis stimulum sensi.

Nam per CHRISTI gratiam, non minus credo uera esse, quae fidei sunt, quam ea, quae oculis corporeis cerno. Verum, tristitia adeo me premebat, ut potius traherer ad desperationem, quam ad infidelitatem. Fili, scias, hoc magnum donum esse dei:

Nam fides donum dei est: non ex operibus, ne quis gloriatur. Exurge ergo, & noli timere, sed potius ex hoc cognosce, quia non reliquit te dominus: qui etsi non cito exaudit, non est desperandum: si moram fecerit, expecta eum, quia ueniens ueniet, & non tardabit. Agricola patienter expectat fructum in tempore suo, natura non statim introducit formam

Gala, 2.

Abac, 2.

formam, cū aliquid generat, sed pri-  
 mum materiam præparat, & pau-  
 latim disponit, donec susceptioni fa-  
 ciat idoneam. Scias tamen, dominum  
 semper pie & humiliter orantem  
 exaudire. Nunquam enim uacui ab  
 eo recedūt, nec rationibus hoc pro-  
 bare contendam, eò quòd in te ipso  
 hoc senseris. Dic mihi, quis cor tuum  
 ad deum leuauit de terra? quis te ad  
 orandum perduxit? quis dolorem  
 peccatorum & lachrymas tribuit?  
 quis spem dedit? quis te hilarem in  
 oratione, & post eam reliquit? quis  
 te in sancto proposito quotidie con-  
 firmavit? non'ne dominus, qui om-  
 nia in omnibus operatur? Si igitur  
 hæc tibi iugiter dona largitur,

civ

IN TE DOM. SPER.

cur dicit illa foeminarum pessima,  
 ubi sunt orationes tuæ? ubi lachry=  
 mæ, & cætera uerba blasphemiæ?  
 An nescis, quia distincta est cœle=  
 stis Hierusalem ab ista terrestri? An  
 ignoras, quia nec conueniens, nec  
 necessarium, nec item utile est, de=  
 um seu Angelos & sanctos eius ui=  
 sibiliter ad homines descendere, &  
 eis familiariter loqui? Conue=  
 niens quippe non est propter distan=  
 tiam meritorum. Quæ enim con=  
 uentio lucis ad tenebras? num enim  
 bene conueniunt uiatores & com=  
 prehensores? Diuersæ ciuitates,  
 diuersos habent ciues. Verum qui=  
 busdam propter excellentiam san=  
 ctitatis, cum sint iam patriæ uici=  
 ni,

ni, datum est Angelos uidere, & eos  
 alloqui: sed speciale priuilegium non  
 omnes tangit. Necessarium autem  
 non est, quia cum inuisibiliter beati  
 nos gubernent & illuminent ac cō-  
 solentur, non est opus uisibiles ap-  
 paritiones adhibere. Quanquam do-  
 minus adeo bonus est, ut apparitio-  
 nes esse uisibiles, cum opus fuerit,  
 nunquam pratermittat. Quid enim  
 potuit facere pro nostra salute, &  
 non fecit? utile nō est, quia nimia fa-  
 miliaritas parit contemptum: nam  
 Iudæis miracula & magna & mul-  
 ta nihil profuerunt. Rara enim pre-  
 ciosa sunt. Sufficiat ergo tibi inuis-  
 ibilis uisitatio, scit enim dominus,  
 quid opus sit tibi. An non ipse con-  
 solatus

IN TE DOM. SPER.

solatus est te? Scio quid in tuo cor-  
de sensisti. Surge, ad orationem er-  
go reuertere. Clama, pete, quare,  
perseuera, quia si nõ dabit, eò quòd LUC. 11.  
amicus eius sis, propter tamen im-  
portunitatem dabit omnia quæ sunt  
necessaria. His uerbis consolatus,  
surrexi, & prostratus ante deum,  
prosecutus sum orationem meam,  
dicens:

Inclina ad me aurẽ tuã,  
accelera ut eruas me.

Domine deus meus, ad te reuer-  
tor: Spes me misit: non mea præsum-  
ptione uenio. Bonitas tua me inui-  
tat, misericordia tua me trahit, ò  
quanta dignatio. Gaudeo planè, nec  
mihi

mibi alia superest consolatio. Felix profectò ista necessitas, quæ me aduenire compellit, quæ me cogit loqui cum eo, quæ me urget orare. Loquor igitur ad deũ meum, quantumuis sim puluis & cinis. Inclina ad me aurem tuam. Quid ais anima mea? Num deus habet aures? num ipse corpus est? Absit: cum enim longe melior sit spiritus corpore, quis asserat deum esse corpus, nisi insanus? Sed balbutiẽdo, ut possumus domine, excelsa tua resonamus. Cognoscimus te per creaturas: loquimur tibi & de te per earum similitudines. Auris itaq; tuæ domine quid est? an forte cognitio tuæ? Nam per aures intelligimus ea quæ nobis

Aures  
domini.

IN TE DOM. SPER.

nobis dicuntur: tu autem omnia que loquuntur, & cogitant homines: ab eterno cognouisti. Num ergo per eurem tuam accipere possumus cognitionem tuam? Aliquid profecto insinuat mihi auris tua, quod non capitur in nomine simplicis cognitionis tue. Nam quibusdam inclinas aurem tuam, alijs uero auertis eam. Cognitionis autem tuae semper eadem permanet. Quid ergo auris tua, nisi approbationis & reprobationis notitia tua? Inclinas aurem tuam, & audis uerba iustorum, quia tibi placent, & approbas ea: Auertis aurem tuam a uerbis impiorum, quia ab impietate recedere nolunt, quia tibi non placent, & repro-

r      bas

Inclina-  
re aurē.

Auerte-  
re aurē.



bas ea. Quid est ergo inclinare au-  
 rem tuam loquentibus tibi? nisi eor-  
 um orationes approbare, & eos  
 uultu pietatis aspicere, illumina-  
 re & accendere, ut cum fiducia  
 & charitatis seruore te orent, teq;  
 deprecantur, quia eis dare uis,  
 quod humili pietate postulant.  
 Nam si Rex pauperi cupienti lo-  
 qui cum eo, uultum hilarem osten-  
 dat, oculos ad eum conuertat,  
 & attentum uerbis eius se demon-  
 straret, non'ne letabitur pauper?  
 non'ne facies & attentio Regis  
 eloquium ei praestabit? non'ne uer-  
 ba & facundiam subministrabit?  
 Ita domine intelligimus te ad no-  
 stras preces, tunc inclinare aurem  
 tuam

IN TE DOM. SPER.

tuam, quando nos in oratione spiritu feruere concedis. Rogo ergo te domine, inclina ad me aurem tuam: approba orationem meam, illumina me, accende me, doce quod petere debeam: eleua sursum cor meum, ut tandem exaudias deprecationem meam: accelera ut eruas me, abbrevia dies, festina tempus. Ita inclina ad me aurem tuam, ut cito merear exaudiri. Tibi enim qui habitas eternitatem, omne tempus breue est, eternitas nanq; tota simul comprehendit & in immensum excedit totum tempus uniuersum. At mihi quaelibet dies longa est. Nam tempus est numerus motus: qui enim motum non sentit, nec quidem

dem tempus sentit. At qui sentit, motum, & tempus sentit. Maxime autem motum sentit, qui numerat partes eius. Ego itaque, quia numero dies & horas, maxime tempus sentio, & ideo sicut tibi mille anni, tanquam dies hesternæ quæ præterijt, ita mihi una dies, tanquam mille anni qui uenturi sunt. Accelera ergo domine, ut eruas me à peccatis & aduersitatibus meis. Nam mors properat, & in omni loco me expectat: accelera domine, ne forte præoccupatus ab ea, non habeam spaciū pœnitentiæ. Erue me domine de manu maligni, libera me de uinculis peccati, eripe me de laqueo mortis, educ me de profundo inferni, salua me ab oppressio

IN TE DOM. SPER.

pressionē & dura seruitute tristitiæ,  
 ut anima mea exurgat & letetur in  
 te, & benedicat tibi omnibus diebus  
 uitæ suæ. Gratias tibi domine per  
 IESVM saluatorem meum, quia se-  
 cundum multitudinem dolorū meo-  
 rum, in corde meo cōsolationes tuæ  
 letificauerunt animam meam. Ego  
 igitur in te semper sperabo, & adij-  
 ciam super omnem laudem tuam.  
 Tu autem domine inclina ad me au-  
 rem tuam, accelera ut eruas me.

Heu me miserū, ecce iterum tri-  
 stitia terribilibus armis instructa. Ve-  
 xillum iustitiæ præcedit eam. Innu-  
 merabilis exercitus sequitur pedes  
 eius, unusquisq; lanceã habet in ma-  
 nu sua, uasa mortis circūquaq; con-  
 Iustitia.

spicio. Væ mihi, quia perij, uoce hor-  
 ribili clamat, ô miser, Spes illa tua te  
 decepit, ecce laborasti in uanũ: dixi-  
 sti enim: Inclina ad me aurem tuam,  
 accelera, ut eruas me. Nunquid in-  
 clinauit ad te deus aurem suam? nun-  
 quid exaudita est oratio tua? ubi li-  
 beratio? ubi consolatio? num acce-  
 lerauit eruere te? adhuc uinctus es,  
 nihil erga te innouatum est: si credis  
 fidem esse ueram, cur spem solam am-  
 plecteris? an nescis, quia deus iustus  
 est? an ignoras iustitias eius? Ange-  
 lis suis non pepercit, num misertus  
 est eis? neque miserebitur: propter  
 unum peccatum tantum dånati sunt  
 in perpetuum. Adam peccauit,  
 & iustitia dei totum genus morte  
 puni

IN TE DOM. SPER.

puniuit. An putas deum non ita ama-  
 re iustitiam sicut misericordiam? Pu-  
 eri in originali peccato decedentes,  
 nunquam uidebunt faciem dei, adeo  
 enim seuera est iustitia dei, ut pro-  
 pter peccatum, quod ipsi non fece-  
 runt, sed contraxerunt, æterna poe-  
 na plectantur, in inferno autem nul-  
 la redemptio. Nescis quia Deus non  
 parcit delinquenti? Non ne tempo-  
 re Noë perdidit ferè totum genus  
 humanum? Non ne Sodomam & Gen. 7.  
 reliquas ciuitates ei adherentes igne  
 consumpsit? Nec iustitia diuina in-  
 fantibus & innocētibus saltem com-  
 passa est? Quoties Iudeos peccan-  
 tes puniuit? Non ne Hierusalem  
 per manū Nabuchodonosor fundi-

MED. IN PSAL.

tus euertit? Templo quoq; suo non  
 pepercit. Quod etiam à Tito Roma-  
 norum Principe factum est: ubi tam  
 crudeli animaduersione grauati sunt  
 Iudæi, ut nemo sit qui audiens non  
 expauescât. Sed uide quàm dura sit  
 iustitia diuina, filij pro patribus usq;  
 in hodiernum diem puniuntur. Ecce  
 Iudæi ubiq; terrarum serui sunt, &  
 in cecitate sua morientes, pœnis cru-  
 ciantur æternis. An putas, quia ma-  
 ior sit misericordia Dei, quàm eius  
 iustitia? equidem in ipso deo, neque  
 maior neque minor est. Quic-  
 quid enim est in deo, est substan-  
 tia eius. Sed opera iustitiæ & mi-  
 sericordiæ consideremus. Nimirum  
 opera iustitiæ excedunt opera mi-  
 seri

sericordiæ. Deus ipse testis est, qui  
 ait: Multi sunt uocati, pauci uero  
 electi. Pensa, obsecro, quot infideles  
 damnantur, quot mali Christiani,  
 quàm pauci bene uiuunt, & facile  
 intelliges, longe plura esse uasa iu-  
 stitiæ quàm misericordiæ. Electi  
 enim dei, uasa sunt misericordiæ: re-  
 probi uero uasa iustitiæ. Non te spe-  
 rare faciat Maria Magdalena, non  
 Latro, non Petrus, non Paulus? Ma-  
 ria enim una fuit, Latro unus, Petrus  
 unus, Paulus item unus. An putas te  
 inter paucos connumerandum? qui  
 tot & tam magna peccata commi-  
 sisti, qui scandalum in Ecclesia fui-  
 sti, qui cœlum & terram offen-  
 disti? Ecce fleuit oculus tuus, cor  
 tuum

Mat. 20  
 & 22.

Vasa mi-  
 sericor-  
 diæ.  
 Vasa iu-  
 stitiæ.



MED. IN PSAL.

tuum misericordiam implorauit, &  
 adhuc misericordiam non es conse=  
 cutus. Tot orationes eorum qui di=  
 ligebant te, num fuerunt exaudita?  
 Quare hoc? nimirum, quia inter uas=  
 sa iustitiae computaris. Spes illa tua  
 frustra te laborare fecit. Sequere con=  
 silium meum, coelum te respuit, ter=  
 ra te non recipit, confusionem hanc  
 magnam quis tolerare possit? Me=  
 lius est tibi mori, quam uiuere: elige  
 mortem, quam si nullus infert, mitte  
 te tu manus in teipsum. Haec illa  
 mira importunitate ingerebat, to=  
 tusq; exercitus eius magnis uocibus  
 congeminabat, dicens: Mors sola re=  
 fugium tuum, mors sola refugium  
 tuum. Ego uero haec audiens, expta=  
 ui,

IN TE DOM. SPER.

ui, & ilico in faciem cecidi eiulans,  
 & dicens: Domine adiuua me: do-  
 mine ne derelinquas me. Spes mea ue-  
 ni, spes mea ueni. Ecce subito spes  
 de cœlo micans descēdit, & tetigit  
 latus meum, & leuauit me, statuitq;  
 supra pedes meos, & ait, Vsq̄ue-  
 quo paruulus cris? quādiu tyrun-  
 culus esse uoles? Toties in bello fui-  
 sti, & in medio umbræ mortis am-  
 bulasti, & nondum certare didici-  
 sti? Noli turbari de magna iustitia  
 dei, cōfortare pusillanimis. Timeant  
 qui ad dominum non conuertun-  
 tur, qui ambulant in uijs suis, qui se-  
 quuntur uanitates, qui uiam pacis  
 non cognouerunt: paueant impij,  
 qui peccant, & dicunt, quid feci? qui  
 non

non conuertuntur ad cor, qui uocantur, & uenire renuunt, ignorant deum, & nolunt intelligere, ut bene agant, hi ergo timeant. Quid dicit Apostolus? horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Tales profecto iustitia dei punit, huiusmodi homines ad eam spectant. At peccatores qui ad se reuersi surgunt, & ad patrem misericordiarum currunt, dicentes: Pater peccaui in caelum & coram te, sed propitius esto mihi peccatori: confidunt in domino: quia, qui eos traxit, proculdubio suscipiet & iustificabit. Proferat in medium haec ipsa tristitia (si potest) aliquem peccatorem, quantumlibet magnum, qui ad dominum con-

IN TE DOM. SPER.

conuersus sit, & non fuerit ab eo  
 susceptus & iustificatus? Quauis  
 enim de Esau scriptum sit, non in=  
 Gen. 27.  
 uenit poenitentiae locum, quanquam  
 cum lachrymis inquisisset eam, hoc  
 non obstat nostrae sententiae, quia  
 Esau non flevit propter peccata com=  
 missa, sed propter bona temporalia  
 amissa, quae recuperare non potuit.  
 Nec putes iustitiam ita respicere im=  
 pios, ut à misericordia penitus sepa=  
 retur, nec misericordiam ita ad iu=  
 stos spectare, ut à iustitia seiunga=  
 tur. Vniuersae enim viae domini, mi=  
 Psal. 24.  
 sericordia & ueritas. Nam &  
 peccatoribus misericordiam facit,  
 dum eis propter bona quae tempo=  
 raliter agunt, temporalia dona re=  
 tri

tribuit, & post hanc uitam eos non quantum merentur, punit. Electos quoq; sua iustitia prosequitur, dum pro culpis eos temporaliter affligit, ne pœnis deputentur æternis. Tu igitur patienter interim sustine dominum: peccasti enim, pœnitentiam age, sufficiat tibi remissio culpæ per gratiam eius. Fili mi noli negligere disciplinam domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit deus, castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Perseuera ergo in disciplina, tanquam filio tibi offert se Deus. Et quanuis pauci sint electi comparatione eorum, qui reprobis sunt, innumerabiles tamen sunt qui saluantur, nec

Heb. 12  
& Pro-  
uerb. 3.

IN TE DOM. SPER.

nec una tantū est Maria Magdale-  
na, nec unus Latro, unus Petrus,  
unus, Paulus: quia innumerabiles se-  
cuti sunt eorum uestigia, pœnitentiã  
agentes, & à domino suscepti, mul-  
tis magnisq; gratiæ muneribus deco-  
rati: nec minor est misericordia in  
operibus suis, quàm iustitia, nam tam  
magna bona misericordia iustis præ-  
stat, ut opera eius, opera iustitiæ in-  
immensum excedant. An nescis, quia Psal. 118  
misericordia domini plena est terra?  
Quæ nã creatura pōt gloriari se ali-  
quid habere, & non accepisse illud à  
misericordia? Si aut̃ grauius deū of-  
fendisti, maior est eius misericordia,  
quàm oīa peccata mundi: noli turba-  
ri propter multitudinem & grauita-  
tem

tem peccatorum. Non ne misericordia iam occurrit tibi? Non ne osculata est te? ecce cecidisti, & non es collisus. Quare? nunquid tu non es vas fragile, quod cum ceciderit, conteratur necesse est? nisi quis supponat manum suam. Quare ergo cadens non es contritus? quis supposuit manum suam? quis inquam, nisi dominus? signum hoc magnum ele-

**Psal. 36.** ctionis tuæ. Electus cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponet manum suam. Non ne scribit **Rom. 8.** Apostolus, diligētibus deum, omnia cooperantur in bonum? & adeo omnia, ut etiam ipsum peccatum eis cooperetur in bonum. Non ne eis ille casus cooperatur in bonū, unde  
 &

IN TE DOM. SPER.

& humiliores efficiuntur, & cautiores?  
 Non'ne dominus cadentē illum  
 suscipit, qui ab humilitate suscipitur?  
 Dilexisti dominum pluribus annis,  
 pro eius amore laborasti, eleuasti  
 deinde cor tuum, & in uanitate sen-  
 sus tui ambulasti: subtraxit dominus  
 manum, & cecidisti, & in profun-  
 dum maris descendisti. Veruntamen  
 dignatio domini statim supposuit ma-  
 num suam, & non es collisus. Dic er-  
 go, impulsus, euersus sum ut caderē,  
 & dominus suscepit me.

Non sic impij non sic, quos  
 deus reprobauit: cadentes autem  
 non adiicient ut resurgant: sed aut  
 pudore maximo excusant peccata,  
 aut fit eis frons meretricis, & iam



Dani. 10.  
Psal. 16

nec deum timent, nec hominem reuerentur: Surge itaq; & forti animo esto, confortare & esto robustus, expecta dominum & uiriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Probasti uirtutem tuam quam nulla sit: humiliare ergo iam sub manu potētis dei, & amodo cautior esto. Patientia tibi necessaria est, sine intermissione ora, & dominus exaudiet te in tempore opportuno. Surge itaq; et omnem tristitiam à te repelle, pedes domini amplectere, & ipse saluabit & liberabit te. His dictis, raptus est in cœlum, me confortatum, et miro modo consolatum relinquens: quam statim ex toto corde persecutus, ante deum steti, et ad pedes

IN TE DOM. SPER.

pedes mei saluatoris prouolutus, con- Psal. 10  
 fidenter dixi: Esto mihi in deū pro-  
 tectorem, & in domum refugij, ut  
 saluum me facias. Tu enim deus o-  
 mnium maximus & fortissimus, tu re-  
 demptor & saluator uniuersorum,  
 tu protector tuorum fidelium, ad te  
 confugio confidenter. Spes me intro-  
 duxit, spes quam tua pietate summa  
 diligis, quam nobis semper commen-  
 dasti, non timui ante faciem tuam cū  
 ea uenire. Fateor indignus sum, sed  
 ipsa me traxit. Timebam ingredi  
 propter multa scelera mea, sed mihi  
 ipsa fiduciam præbuit.

Ecce, stat corā te, ipsa testimoniū  
 perhibeat, loquar ad dominū meum  
 caro & peccator. Spes me docuit;

dixitq; mihi, ut cōfidenter os meum  
aperiam. Dulcis, inquit, est dominus,  
non te repellet, non irascetur, liben-  
ter audiet, quicquid petieris, dabit.

**Psal. 115** Credidi ei, propter quod locutus  
sum. Verū tuam maiestatem confide-  
rans, humiliatus sum nimis: & dixi  
in excessu meo, omnis homo men-  
dax. Non confidā in homine inater-  
num, sed in te solo: tu solus fidelis in  
omnibus uerbis tuis, omnis autem  
homo mendax. Quid retribuam tibi  
domine pro omnibus quæ retribu-  
isti mihi? Calicem salutaris accipiam:  
quia amodo nō mihi, sed tibi uiuam,  
pro tuo amore benefaciens, omnia  
mala tolerabo: nō mea uirtute hoc fa-  
ciā, sed nomē domini inuocabo. Vota  
mea

IN TE DOM. SPER.

me reddam corā omni populo tuo,  
quia preciosa est in conspectu dei  
mors sanctorū eius. Esto ergo mihi  
in deum protectorem, defende me ab  
inimicis meis. Inimici mei sunt pec-  
cata mea, quæ iustitiam tuam prouo-  
cant contra me. Non potero stare  
contra ea, nisi protegas me. Miseri-  
cordia tua sit scutum meum domi-  
ne, & scuto bonæ uoluntatis tuæ co-  
rona me. Non habeo quid offeram  
ei, quo furorem eius temperare pos-  
sim, omnia quæ mecum porto, me  
accusant; offeram ergo te domi-  
ne, ne indigneris domine deus me-  
us, sed magis esto mihi in deum pro-  
tectorem, sub alis tuis protege me.  
Scapulis tuis obumbra me, & sub Psal. 90

pennis tuis sperabo. Quid faciet mihi iustitia, si sub tua protectione me custodies? Obmutescet domine & gladium furoris sui reportabit in locum suum: mitis efficietur, uides pietatem in carnationis tue, conspiciens uulnera passionis tue, cernens sanguinem charitatis tue, recedet à me & dicet: Latere fili, inuenisti me, comedere, in pace in idipsum dormi & requiesce.

Esto itaque mihi domine in deum protectorem, & in domum refugij, ut tempore pluuiarum & procellarum, tempore tētationum confugiam ad te, quia in te solo salus mea: sis mihi tu domus refugij, aperi mihi latus tuum lancea perforatum, ut ingredi

grediar pectus tantæ pietatis, in quo  
 saluus sim à pusillanimitate spiritus,  
 & tempestate: absconde me in taber-  
 naculo tuo, in die malorum protege  
 me in abscondito tabernaculi tui: sit  
 domus refugij mei ineffabilis pietas  
 tua, ut saluum me facias, non enim  
 potero non saluus esse in domo refu-  
 gij tui: Altissimum enim posuisti re- Psal. 90.  
 fugium tuum, munitus est locus iste,  
 nullus ibi timetur hostis, utinã semper  
 in eo manere liceret: qui habitat in  
 eo, uulnerari non potest. Ad omnem  
 igitur tentationem, ad omnem tribu-  
 lationem, ad omnem denique cuius-  
 cunq; necessitatem aperi mihi domi-  
 ne domum refugij tui, expande si-  
 num pietatis tuæ, pateant uiscera mi-  
 seri

MED. IN PSAL.

misericordiae tuae, ut saluum me facias:  
 non accedet illuc tentator, nō calu-  
 mniator ascendet, nō pessimus fratru  
 accusator attinget: securus ero, nam  
 penē mihi uideor securus. Gratias  
 tibi bone IESU, quia spem tuā ad  
 me misisti, quae me de puluere susci-  
 tauit, & de stercore erexit, statuitq;  
 me coram te, ut sis mihi in deū pro-  
 tectorem, & in domum refugij, ut  
 saluum me facias.

Tristitia. Anima mea turbata est. En adest  
 tristitia, cum uexillo iustitiae uenit,  
 ab hesternō conflictu non recedit,  
 alijs tamen armis munita est, nam ar-  
 ma mihi hac nocte subripuit, gla-  
 dijsq; meis milites suos accinxit. In-  
 ermis ergo & infirmus quid faciam?  
 En

En quàm procaciter clamat, quanto  
 impetu me aggreditur, quantum con-  
 fidit de uictoria? Vbi, inquit, est pro-  
 tector tuus? ubi domus refugij? ubi  
 salus? Adhuc permanes in fiducia  
 tua uana? consolationes illæ tuæ de  
 imaginatione procedunt. Fingis tibi  
 deum propitium & protectore tuum,  
 & domum refugij tui, & putas te  
 in coelum conscendisse. Illuderis pro-  
 fecto à phantasia tua, & uana spe  
 consolaris. An putas te usque ad ter-  
 tium coelum fuisse raptum? Somnia  
 sunt hæc. Recordare, obsecro, quàm  
 graue peccatum sit ingratitude.  
 Non ne hæc fontem misericordiae exic-  
 cat? Memor esto dominum fleuisse  
 super ciuitatem Hierusalem, & ci-



mala uentura prænunciassē, dicens:  
 Luc. 19 Quia uenient dies in te, & circum-  
 dabant te inimici tui uallo, & cir-  
 cundabant te, & coangustabant te,  
 & ad terram prosternent te, et filios  
 tuos qui in te sunt, & non relinquet  
 in te lapidē super lapidē. Causamq;  
 tantorum malorum non tacuit, sed eā  
 subiunxit, dicens: Eo quòd non co-  
 gnoueris tempus uisitationis tue. Ec-  
 ce quia ingratitude non modo pri-  
 uari beneficio, sed etiam grauius pu-  
 niri meretur, nunquid hoc ad ani-  
 mam non spectat?

Non ne anima in scripturis per  
 Hierusalem sepius significatur? que-  
 dum non uult cognoscere uisitationē  
 domini, circumdatur à demonibus,  
 & 114

IN TE DOM. SPER.

Et uarijs tentationibus, quibus angustata, cadit ad terrena, prosternitur, nec in ea uirtus, aut bonum opus relinquitur, quod non destruat: omni enim gratia priuatur, nec de cetero restauratur, quia non cognouit tempus uisitationis suae. Tu profecto, tu, inquã, es hæc ciuitas pluribus et magnis beneficijs à deo decorata, et non cognouisti, sed ingratus fuisti. Ipse te ad imaginem suam creauit. In medio Ecclesiæ, nõ inter infideles, te genuit. In florida ciuitate te posuit, aqua Baptismi te sanctificauit, in domo religiosa te enutriuit. Tu autem post cogitationes tuas cucurristi, in uanitate sensus tui ambulasti, in profundũ peccatorum

deue

deuenisti: dominus te uocabat, et nō  
respondebas ei. Sæpe te monuit, &  
consilium eius neglexisti.

Quoties te illuminauit? quoties  
te ad cor conuertit? quoties te de  
somno excitauit? Inuitabat te, & tu  
excusabas: trahebat, & tu resistebas  
ei. Tandem uicit pietas ineffabilis  
& immensa. Tu peccasti, & ipse te  
uisitauit: tu cecidisti, & ipse te ere-  
xit: tu ignorasti, & ipse te docuit:  
tu cæcus fuisti, & ipse te illumina-  
uit: à strepitu mundi, à tēpestare pe-  
lagi, te ad quietem & portum reli-  
gionis perduxit: habitum sanctæ con-  
uersationis dedit, sacerdotem suum  
te esse uoluit, ad gymnasia sue sa-  
pientiæ adduxit. Ingratus tamen sem-  
per

IN TE DOM. SPER.

per fuisti, & negligenter opus dei  
fecisti. Cum tamen scires scriptum  
esse: Maledictus qui fecerit opus dei Hiere. 48  
negligenter. Nec sic pietas diuina  
te reliquit, sed semper ad meliora be  
nigne perduxit: & quod maximum  
est, te scientia scripturarum ornavit,  
sermonem prædicationis in ore tuo  
posuit, & quasi unum de magnis  
uiris in medio populi te constituit.  
Tu autem alios docuisti, & te ipsum  
neglexisti: alios curasti, te ipsum  
non saluasti: eleuasti cor tuum in  
decore tuo, & ideo perdidisti sa  
pientiam tuam in decore tuo. Ni  
hil factus es, & nihil eris in perpe  
tuum. An ignoras, Quia seruus sci  
ens uoluntatem domini, & non fa  
ciens

Luc. 12 ciens, uapulabit flagellis multis? An  
 Iac. 4 nescis, quia deus superbis resistit?  
 1. Pet. 5 Quomodo cecidisti Lucifer? qui ma-  
 Esa. 14 ne oriebaris, qui uulnerabas gentes,  
 qui dicebas in corde tuo, in coelum  
 conscendam. Veruntamen in infer-  
 num detraheris in profundum laci.  
 Subter te sternetur tinea, & operi-  
 mentum tuum erunt uermes. An pi-  
 tas nunc inuenire misericordiam, qui  
 scandalizasti plurimos, qui toties à  
 deo uocatus & monitus, respōdere  
 noluisti? Vbi esset iustitia dei? ubi  
 æquitas iudicij?

Non semper prosequitur miseri-  
 cordia peccatorem, terminos sibi sta-  
 Prouer. 1 tuit. Non ne scriptū est, Vocauī, &  
 reuulstis? expandi manus meas, &  
 non

IN TE DOM. SPER.

non fuit qui aspiceret : despexistis  
 omne consilium meum, & increpa-  
 tiones meas neglexistis. Ego quoq;  
 in interitu uestro ridebo & subsan-  
 nabo, cum uobis, id quod timebatis,  
 aduenerit. Ecce, quia non semper mi-  
 sericordia peccatori dat ueniam. An  
 non consideras, gradus misericordiæ  
 in te finem habere ? qui tot benefi-  
 cijs à deo honoratus, in profundum  
 pelagi cecidisti: qui tot gratijs or-  
 natus, ob tuam superbiam & ina-  
 nem gloriam scandalum fuisti orbi  
 terrarum. Non te itaq; decipiat spes  
 uana quam sequeris : uiue amodo, ut  
 liber, noli in hac & in alia uita pœ-  
 nis infernalibus cruciari. Elige habi-  
 tare cum his, qui ducunt in bonis  
 dies

dies suos, & in puncto ad inferna  
 descendunt: nec pudor te detineat.  
**Esa. 28** Fac frontem meretricis, comedamus  
 & bibamus, cras enim moriemur.  
 Desperata est plaga tua, insanabilis  
 facta est. Hæc cum dixisset, totus  
 exercitus uocibus tremendis ulula-  
 bat, & uerba eius repetebat, di-  
**Hier. 30** cens: Desperata est plaga tua, & in-  
 sanabilis facta est. Ego uero me-  
 mor admonitionū matris meæ, quā-  
 uis aliquantulum animo deiectus,  
 pro uiribus erexi me, & steti su-  
 per pedes meos, eleuans oculos ad  
 coelum, unde auxilium expectabam.  
 Et ecce spes hilari uultu splendo-  
 ribus diuinis ornata, de alto descen-  
 dens, ait: Quæ est ista, quæ inuoluit  
 senten-

sententias sermonibus imperitis, quæ  
posuit terminos misericordie, quæ  
infinitum uult finire, quæ aquas ma-  
ris in manibus portare se credit?

An non audisti dominum dicen-  
tem? In quacunque die ingemuerit  
peccator, omnium iniquitatum eius  
non recordabor. Quis est homo, qui  
nō peccat? Quis potest dicere, mun-  
dum est cor meum? ad omnes enim  
oratio dominica spectat, in qua o-  
mnes homines dicere compelluntur:  
Dimitte nobis debita nostra. Apo-  
stolos hoc modo Dominus orare do-  
cuit. Nunquid ergo ad ceteros ho-  
mines hæc oratio non pertinebit?  
non ne Apostoli primitias spiritus  
acceperunt? Cur autem docuit eos

t      domi

Matt. 6



dominus sic orare, si peccatū non ha-  
 bebant? & si habebant, quis poterit  
 gloriari se peccatorem non esse? Au-  
 v. Ioan. 7 di dilectum discipulum domini: Si di-  
 xerimus, inquit, quia peccatum non  
 habemus, nos ipsos seducimus, & ue-  
 ritas in nobis non est. Iacobus Apo-  
 Iac. 3 stolus, in multis, ait, offendimus om-  
 nes. Omnes ergo peccauerunt, &  
 iugiter egent misericordia dei sancti  
 dei homines. Scriptum est enim:  
 Prou. 25 Septies in die cadit iustus, & resur-  
 get. Non ergo misericordia ter-  
 minos habet, sed quotiescunque pec-  
 cator ingemuerit, misericordia præ-  
 sto erit. Nec interest, utrum de ma-  
 gnis, aut de paruis peccatis loqua-  
 mur. Cecidisti: surge, & misericor-  
 dia

IN TE DOM. SPER.

dia te suscipiet. Corruisti: clama, &  
 misericordia ad te ueniet. Iterũ ceci-  
 disti, iterum corruisti, conuertere ad  
 dominum, & uiscera eius pietatis ti-  
 bi patebunt. Cecidisti, corruisti ter-  
 tio, & quarto: plange, misericordia  
 te non derelinquet: quoties peccas,  
 toties resurge, & misericordia finẽ  
 non habebit: ut quid improperas be-  
 neficia accepta, ô foeminarum pesti-  
 ma tristitia? An non Dauid pro-  
 pheta maximus, magna & multa be-  
 neficia accepit, de quo dixit domi-  
 nus: Inueni uirum secundũ cor meũ. 1. R. c. 11  
 Et tamen peccauit, & quidem graui-  
 ter, tam in adulterio, quam in homici-  
 dio iusti uiri & innocẽtis, nec tamen  
 dominus suam misericordiam in eo

terminauit. Quid superbiæ peccatum adducis ? Non ipse David eleuauit cor suum, & numerare fecit populum Israël, gloriabatur enim quasi rex magnus & potens in uirtute sua, nec tamen ob hoc reprobatus est. Quare ? quia peccatum suum non abscondit, non illud prædicauit, sicut Sodomæ, sed dixit: Confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. Misericordia itaque non sibi terminos posuit, sed reprobis statuunt sibi fines, ut ad eos non transeat, nam usque ad terminos eorum uadit, sed ipsi repellunt eam. Hinc scriptum est: Perditio tua ex te Israël, ex me tantummodo auxilium tuum. Aperi os tuum

IN TE DOM. SPER.

tuum, inquit misericordia, & imple  
bo illud, expande sinum tuum, &  
dabo tibi mensuram bonam, & coar-  
gitatam, & superfluentem.

Persiste in orationibus & fletu,  
quia qui cœpit te diligere, & bene-  
ficijs gratijsq; ad suū amorem pro-  
uocare, non deficiet, sed magis per-  
ficiet opus suum. Quæ nam causa na-  
turalis incipit opus, ut in medio iti-  
neris desistat? Virtus seminis non  
cessat, donec fructus ad perfectionē  
producat. Quæ avis reliquit pullos  
suos antequam seipsos regere ual-  
leant? Cur hoc faciunt? quæ utilitas  
ex hoc prouenit illis? nulla profecto,  
sed tantum labor. Amor igitur co-  
git causas naturales suos esse etus ad  
t 3      per se

perfectum perducere, bonitas compellit eas, quam cupiunt diffundere, bonum est enim sui ipsius diffusivum. Si hoc faciunt creature, quid faciet creator? Ipse enim amor est, ipse bonitas infinita. An non perficiet opus suum? Audi dominum IESVM:

1021.4 Mea, inquit, uoluntas est, ut faciam uoluntatem eius, qui misit me, ut perficiam opus eius. Qui igitur cepit te amare, suis beneficijs & gratijs attrahere, te à peccatis mundare, proculdubio perficiet opus suum, hæc enim sunt præparationes æternæ uitæ. Cur igitur nunc cadens non es collisus? Non ne, quia dominus supposuit manum suam? & quare supposuit manum suam? quare conuer

IN TE DOM. SPER.

conuertit ad se cor tuum? Cur te ad  
 pœnitentiam prouocauit? Cur con-  
 solatus est te? Non ne, ut te mundet  
 & gratia sua dignum faciat, & ad  
 eternam uitam perducatur? Non sunt  
 hæc illusiones, aut imaginationes  
 tue, sed diuinæ inspirationes. Sed  
 esto, imaginationes sunt, non ne bo-  
 næ sunt? non ne de fidei uirtute pro-  
 ueniunt? Cum itaque omne bonum à  
 deo sit, utique sunt hæc imaginatio-  
 nes, diuinæ illuminationes. Exulta  
 ergo in uerbis istis.

Ad hæc uerba adeo conforta-  
 tum est cor meum, quod præ gau-  
 dio psallere incepi, dicens: Dominus Psal. 6  
 illuminatio mea, & salus mea:  
 quem timebo? Dominus protecto ui-

te meæ: à quo trepidabo ? ad pedes  
domini cum lachrymis prouolutus,  
dixi : Domine, si consistant aduer=  
sum me castra, non timebit cor me=  
um. Quoniam fortitudo mea & re=  
fugium meum es tu, & pro=  
pter nomen tuum deduc=  
ces & enutries  
me.

F I N I S.

# EXPOSITIO

PSALMI, QUI RE  
gis Israël. eiusdem Hieronymi  
Sauanorola.



Vi regis Israel  
intēde qui de-  
ducis uelut o-  
uem Ioseph.

QVIA te domi-  
ne cognoscimus per effectus: tunc di-  
cimus te rebus gubernandis esse in-  
tētum, quando eas efficaciter ad su-  
os fines perducis. Quando uero eas  
à suo fine cadere permittis, eis regē-  
dis te nō esse intentum profitemur.  
Considerans igitur ego uniuersum  
mūdum spiritualiter periclitari: tum  
t s quia



## EXPOSITIO PSVL.

quia maxima pars eius est in tenebris infidelitatis: tum quia populus fidelis est ferè totus corruptus, adeo ut hodie uerificetur illud in eo: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Ad te confugio, nõ dubitans, sed stupens, & rogans ne sis sicut homines, qui cum sunt rebus quæ amant uehementer intenti, alijs minus dilectis minime, uel parum intèdunt. Tu ergo domine qui regis Israël, id est, te uidètes in æterna uita, quibus gubernandis uideris uehemèter intentus. (Israël enim interpretatur, Videns deum) intende etiam in adiutoriũ nostrum. In patria nanq; cœlesti, ubi beati uident

QVI REGIS ISRAEL.

dent te ex mirabili ordine, & gloria  
 ciuium, eis apparet quòd tu Israël, et  
 quòd eorum gubernationi sis uehe-  
 menter intentus, adeo ut nostri ui-  
 dearis penitus oblitus, cum omnia no-  
 stra uideantur confusa. Rogamus er-  
 go te, qui cœlum & terram in tran-  
 quillitate gubernas, ne cœlestibus  
 adeo intendas, ut regimen ecclesiæ  
 penitus relinquant. Intende ergo in  
 adiutorium nostrū domine qui regis  
 Israël, intēde, inquam, Qui deducis  
 uelut ouem Ioseph. Nā Ioseph, qui  
 interpretatur augmentū, quid signifi-  
 cat, nisi populum tuum fidelem, &  
 deuotum? Sed paruulū quem genui-  
 sti in senectute tua, id est, in hac ulti-  
 ma, & infelici nostra ætate: qui à fra-  
 tribus

## EXPOSITIO PSAL.

tribus suis persecutiones magnas patitur, & somniator nominatur. Hūc tu paulatim in tribulationibus crescentem deducis per ignem & aquam, sicut ouem mansuetam ad macellum, mortificatam tota die, ut per compe-des & carceres transeat ad regnum, & ad pascua uiriditatis aeternae. Qui ergo deducis uelut ouem Ioseph, putaris ab incredulis nullā de rebus nostris curam habere: & ideo intende in adiutorium nostrum, ut obstruatur os loquentium iniqua. Nos enim non petimus aurū et diuitias, uel huius seculi dignitates, sed lumen tuum desideramus, te cognoscere ardentissimē optamus.

Qui

Qui sedes super Cherubim  
manifestare: coram Efraim  
Beniamin & Manasse.

*Cherubim, plenitudo scientiæ.  
Efraim, fructificatio. Beniamin, filius  
dextræ. Manasses, obliuio interpre  
tatur. Tu ergo qui sedes & quiescis  
in temetipso ab omni opere, quod  
parasti, & in sede æternitatis tuæ sta  
biliris, ac in celsitudine throni tuæ  
maiestatis permanes, tanquam rex,  
tanquam dominus, tanquam iudex, et  
magister omnium: tu, inquam, qui se  
des super Cherubim, id est, super  
plenitudinem scientiæ, superans om  
nem scientiam & omnem intelle  
ctum, quia uere tu es deus abscondi  
tus.*

## EXPOSITIO PSAL.

tus. Manifestare, id est, appare, obse-  
 cro, coram Efraim: id est, coram po-  
 pulo tuo, iam tibi fructificante, ut  
 cognoscat te perfecte, quia qui co-  
 gnoscit te, diligit te, obliuiscitur se,  
 amat te plusquam se, & fructus mi-  
 rabiles in ecclesia facit. Appare etiam  
 coram Benjamin: id est, coram omni-  
 bus predestinatis tuis, hic & ubique  
 comorantibus: qui uere ex ipsa pre-  
 destinatione filij dextræ tue uocari  
 digni sunt, ut crescat populus tuus,  
 & filij tui dispersi, congregentur,  
 & fiat unum ouile, & unus pastor.  
 Appare denique & Manasse: id est,  
 omnibus populis infidelibus, quos  
 obliuioni tradidisse uideris, quia te  
 ipsi obliuioni tradiderunt, cum pa-  
 nens

QVI REGIS ISRAEL.

nem uitae tanto tempore eis denegaueris. Manifesta te tandem mundo, ut de tenebris & umbra mortis homines egrediantur ad lucem, & dirigant gressus suos in uiam pacis. Si autem peruersi difficile corriguntur, & si stultorum infinitus est numerus,

**Excita potentiam tuam, & ueni, ut saluos facias nos.**

Ecce diuites opprimunt pauperes, potentes plebem tuam lacerant: Peruersi iustos sine misericordia persequuntur: non habent fideles tui patres, non habent defensores. Per mala exempla seniorum & cleri incorrigibilis infiniti trahuntur ad inferos: Tepidorum non est numerus, quorum  
prauis

## EXPOSITIO PSAL.

prauis suasionibus totus mūdus infi-  
 citur. Nolunt audire uerba ueritatis:  
 à nullo castigari possunt: unde tui  
 fideles nō audent leuare caput. Quid  
 agis domine? Cur dormis? Ut quid  
 potentiam tuam abscondis? Excita,  
 queso, potentiam tuam, & ueni. Per  
 flagella, qui ubiq; es per potentiam,  
 percutite peruersores, occide calum-  
 niatores, damna reprobos blasphematores.  
 Non hoc dico, non opto,  
 non hoc peto, quia delecter in pœ-  
 nis: sed ut saluos facias nos electos  
 tuos, tibi iugiter seruientes, te su-  
 per hæc omnia diligentes, tuisq; mā-  
 datis semper obtemperantes. Di-  
 cis fortè mihi: Si immiserò gladium,  
 si pestem, si famem: putas te in tot  
 & tant

Et tantis tribulationibus perseverare posse?

Deus conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Nos quippe fragiles sumus, nos in nostra uirtute non confidimus: quia non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, tanquam ex nobis: sed nostra sufficientia ex deo est.

Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Igitur tu deus conuerte nos. Ad te conuerte à terrenis ad cœlestia: rebelles nostras ad te conuerte uoluntates, & conuersis nobis, ostende faciem tuam, ut cognoscamus te: ostende potentiam tuam, ut timeamus



EXPOSITIO PSAL.

mus te: ostende sapientiam tuam, ut  
 ueneremur te: ostende bonitatē tuā,  
 ut diligamus te: Ostende semel, o=  
 stende iterum, ostēde semper, ut per  
 tribulationem leta facie transeamus.  
 Et salui erimus. Te enim saluante,  
 salui erimus: te manum subtrahente,  
 saluari non possumus. Quid tardas  
 domine, cur non exaudis orationes  
 meas?

**Domine deus uirtutū quo=  
 usque irasceris super ora=  
 tionem serui tui?**

Te enim rogavi pluries, te rogā=  
 ui diu, te rogavi centies & millicies.  
 Cur ergo nō exaudis? Ut quid mo=  
 raris? Nunquid adhuc iratus es mihi  
 pro=

QVI REGIS ISRAEL.

propter peccata mea? Si iniquitates  
 meas obseruaueris domine, domine  
 quis sustinebit? Domine ergo qui po-  
 tes omnia: Deus qui regis omnia: sub  
 quo curuantur qui portant orbem:  
 quem tremunt potestates, coeli coe-  
 lorumq; uirtutes: Domine deus uir-  
 tutum quousq; irasceris super ora-  
 tionem serui tui? Vbi est zelus tuus,  
 & fortitudo tua, & multitudo ui-  
 scerum tuorum? Nunquid super nos  
 continuerunt se? Clanabimus ad te  
 die ac nocte, scientes quod si tarda-  
 bis, tandem importunitatem nostram  
 tu exaudies.

Cibabis nos pane lachry-  
 marum, & potum dabis nos-  
 bis in lachrymis in mensura.

¶ 2 Spero

Spero, inquam, exaudiri, quia ue-  
 ritatem dilexisti: negare te ipsum nõ  
 potes: Dixisti enim: Petite, & dabi-  
 tur uobis: Querite, & inuenietis:  
 Pulsate, & aperietur uobis. Verum  
 prius cibabis nos pane lachrymarũ,  
 pane amaro, pane dulci: Lachryme  
 enim amaræ & dulces sunt. Amare,  
 propter absentiam boni: Dulces,  
 propter certitudinem illud inuenien-  
 di: Amaræ sunt, quia spes quæ differ-  
 tur, affligit animam: Dulces propter  
 præsentiam dulcedinis tuæ, qui ex-  
 citas nos ad orandum, & postulare  
 nos facis gemitibus inenarrabilibus:  
 Et potũ dabis nobis de calice qui est  
 in manu tua uini meri pleno musto,  
 quia secundum multitudinem dolo-  
 rum

Q. VI REGIS ISRAEL.

rum nostrorum in corde nostro cōsolationes tuæ letificabunt animas nostras: Potum ergo dabis nobis in lachrymis tribulationum, quæ lauāt faciem conscientiæ, clarificant intellectum, humectant cor deuotione, et saporem nobis præbent charitatis. Bonæ ergo lachrymæ tuæ, dulces profecto lachrymæ sunt, quæ fuerūt nobis panes die ac nocte. Exaudies ergo nos, sed prius cibabis & potabis nos lachrymis, non supra uires, sed in mensura, id est, secūdum mensuram ueritatis nostræ. Non enim patieris nos tentari supra id quod possumus, sed facies etiam cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. Cibabis, inquam, nos lachrymis

## EXPOSITIO PSAL.

non semper. In mensura temporis quod posuisti in tua potestate. Cum ergo uenerit illud tempus, cessabunt lachrymæ & gemitus, cessabit ira tua, orationes nostræ exaudientur. Conuerteres nos, ostendes faciē tuā, excitabis potentiam tuam, saluos facies nos, & manifestaberis coram Efraim, Benjamin, & Manasse, dilatabisq; ecclesiam tuam, & intendes regimini eius. Interim uero in patientia nostra possidebinus animas nostras. Quia,

Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris: & inimici nostri subsannaues runt nos,

Inte

Interim tanquam filios castigas nos, ut mundemur, ut cor diuitijs nō apponamus, ut gloriam humanā nō sequamur, ut ueritas tua magis clucescat: & ideo, Posuisti nos in contradictionē uicinis nostris. Qui sunt autem uicini nostri, nisi tepidi, qui in exterioribus uidentur esse Christiani? Domine, gratias ago tibi: quia nō sum sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri, uelut etiam hic Publicanus: Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo: intus autem non sunt ueri Christiani. Vicini ergo sunt, quia operibus similes nobis uidentur: Sed non sunt domestici, quia humilitatē, quia charitatem nō habent. Quomodo ergo

## EXPOSITIO PSAL.

posuisti nos in contradictionem tepidus: nisi quia illuminasti nos de uia ueritatis, & ostendisti nobis faciem tuam. Hinc uidimus eos & intelleximus, quia sunt sicut sepulchra dealbata, quae foris patent hominibus speciosa, intus autem sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Ne ergo eorum uerbis & exemplis simplices, & ceteri Christiani perirēt: te praecipiente clamauimus, & diximus: Cauete à sermōto Phariseorū, quod est hypocrisis: Non uos cerimoniae saluabunt: denudauimus eorū cauteriatas conscientias. Reprehendimus eos, dicētes: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus: Deus autem nouit corda uestra: quia quod homi

QVI REGIS ISRAEL

hominibus altum est, abominatio est ante deum. Hinc ergo rabies, hinc odiū, hinc contradictio. Amant enim gloriam hominum, plusquam gloriā dei. Ideo circumueunt ciuitatem huc, illucq; discurrunt: per domos muliercularum cursitant, murmurāt, detrahunt, cōtradicunt, & persequuntur nos. Et ideo inimici nostri subsannauerunt nos. Inimici nostri sunt peccatores manifesti, amici huius seculi, superbi, auari, luxuriosi, blasphemī, homicidæ, & inimici crucis CHRISTI. Hi ergo uerba nostra, imò tua domine audire nolentes, sed fugientes à tepidis persuasi, subsannauerunt nos, & rugato naso nos tanquā stultos despexerunt. Et quid



## EXPOSITIO PSAL.

est quòd uicini nostri cōtradixerūt,  
 & inimici subsannauerūt? Cur plus  
 nos uicini, quàm inimici? Nunquid  
 tepidi sunt inimici? imò certe inimi-  
 ci, & capitales inimici: sed fraudu-  
 lenti, sed occulti. Se enim amicos si-  
 mulant, se nos diligere dicūt, se pro  
 ueritate loqui, non quia odio nos ha-  
 beant, falsò ostendunt: plus ergo isti  
 nocent, quàm aperti inimici. Dicun-  
 tur ergo uicini, quia se amicos no-  
 stros faciunt, sed tamen contradicūt.  
 Inimici uero tantum subsannant. Et  
 inimici non subsannarent, nisi isti cō-  
 tradicerent. Inimici conuerterentur  
 ad pœnitentiam, nisi tepidi eos im-  
 pedirent. Inimici deniq; fierent ami-  
 ci, & ueritatis defensores nisi eccle-  
 sia

QVI REGIS ISRAEL.

ſia haberet tepidos contradictores.  
Magnum bellum, periculofum cer-  
tamen, dubia uictoria. Ergo,

Domine deus uirtutũ con-  
uerte nos, & ostende faciem  
tuam, & ſalui erimus.

Deus qui ſupernis uirtutibus for-  
titudinem præbes, ut ſine timore pu-  
gnent cum antiquo dracone, & o-  
mnia ardua magna animi fortitudine  
aggrediantur. Deus uirtutum con-  
uerte nos: Ab amore proprio, ad tui  
perfectum amorem, per quem tibi  
uniamur, & tibi adhareamus, quia  
ſic nihil timebimus, & tota fiducia  
bella tua pugnabimus. Tu es enim  
fortitudo noſtra. Et firmamentum  
noſtrum

## EXPOSITIO PSAL.

nostrum, & refugium nostrum, pro-  
 tectio nostra. Et ideo, Ostende faciem  
 tuam, Ostende ueritatem tuam: Ma-  
 nifesta lucem tuam, ne tepidi deci-  
 piant nos, ne cor nostrum tenebris  
 inuoluant: ut fugiamus laqueos eo-  
 rum, & per uiam ueritatis inceda-  
 mus. Et sic te liberante, te illumi-  
 nante, te pro nobis pugnante, salui-  
 erimus. Age domine, fac domine: Sur-  
 ge, exergiscere, ueni, & noli tarda-  
 re. Vbi sunt misericordiae tuae anti-  
 quae domine? Memor esto laborum  
 tuorum: ne contemnas sudores tuos:  
 opera manuum tuarum ne despicias.  
 Vineam de Aegypto transf-  
 tulisti: eiecisti gentes, & plan-  
 tasti eam.

Vinea

QVI REGIS ISRAEL.

Vinea tua, ecclesia tua est. Quare uinea? quia uinum producit, quod inebriat mentes hominum amore diuinorum, quod letificat corda nostra. Vinea bona: uinea optima: quæ quicquid circumponitur radici eius, conuertit in uinum. Si aquam, si stercurus, si aliud quid circumponas radici eius, totum quicquid ad se trahit, conuertit in uinum. Non enim unquam aquam, uel stercurus, uel aliud, quam uinum producit. Ita quicquid ecclesie, & anime fideli circumponis: siue subsannationem, siue persecutionem, siue aurum, siue laudes, siue maledictiones, omnia conuertit ad charitatem, ad patientiam, ad humilitatem, cæterasq; uirtutes. Hanc uineam

## EXPOSITIO PSAL.

uineam, huiusmodi homines fideles,  
 nihil in hoc mundo appetentes, nihil  
 timentes, de Aegypto, id est, de te-  
 nebris transtulisti. Erant enim in te-  
 nebris ignorantia & peccatorum  
 caligine: ignorabant finem suum, ne-  
 sciebant quò tenderent. Misisti eis  
 lumen tuum, & de tenebris eduxisti  
 eos. Gentes autem, id est, demones,  
 id est, peruersi homines irrationabi-  
 les sine lege, & sine disciplina per-  
 sequebantur eos, uastabant uineam.  
 Erant sic ut lapides, in ea durissimi  
 percussores: pedes ambulantium of-  
 fendentes, palmites destruentes, &  
 fructus uineae impediens. Eiecisti  
 ergo gentes, tyrannos interfecisti,  
 idola destruxisti, hæreticos anatema-  
 tizasti,

QVI REGIS ISRAEL.

tizasti, lapides collegisti, proiecisti,  
longe eos à uinea fecisti, & in pro-  
fundum descenderunt. Et plantasti  
eam in mōte sancto tuo: In fide tua,  
in p̄fectione iustitiæ, in CHRISTO  
tuo. Transiuit per mare rubrum,  
transiuit per ignem & aquam, per  
multas tribulationes non defecit,  
saluata est. Quare

Dux itineris fuisti in con-  
spectu eius: & plantasti ra-  
dices eius, & impleuit terrā.

Dux fortis, dux sapiens, dux bo-  
nus, dux magnus. Quoniā deus ma- Psal. 94<sup>o</sup>  
gnus dominus, & rex magnus &c.

Quis ergo talem ducem non sequa-  
tur? Quomodo autem dux fuisti?  
Veni

## EXPOSITIO PSAL.

Venisti, apparuisti in carne: persecutiones, contradictiones, maledictiones, irrisiones, flagella, & mortem crucis pro ea sustinuisti. Transisti ad patrem per uiam crucis, et clamaſti:

LUC. 9.

Qui uult uenire post me, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Magnus dux, difficilis uia. Sed quis timebit, qui talem ducē non ipse sequitur, sed antecedit? Tu ergo dux non occultus, sed manifestus: omnes te uidere potuerūt. Dux itineris fuisti in conspectu eius. Manifeste enim inter latrones crucifixus fuisti. Et quia uinea debilis est, lignū enim fragile lignum uitis, roborasti eam. Et plantasti radices eius. Non homo carnalis, nō angelus plantauit:  
Sed

QVI REGIS ISRAEL.

Sed tu manibus tuis, sapientia tua,  
 potentia tua, & bonitate tua plan-  
 tasti radices amoris eius, charitatis  
 eius, dilectionis eius. Plantasti, in-  
 quam, in terra bona: in terra uiuen-  
 tium: in plagis tuis: in cruce tua: in di-  
 uinitate tua: & ideo fructum fecit ui-  
 num dulce: uinum optimum: uinum  
 inebrians pduxit: palmutes multipli-  
 cavit. Et impleuit terram. Impleuit,  
 inquam, uirtutibus, donis coelestibus,  
 gratia, lumine, & scientia Dei. Non  
 scientia philosophorum, qui cum co-  
 gnouissent Deum, non sicut Deum  
 glorificauerunt, aut gratias egerunt:  
 sed euauerunt in cognitionibus suis,  
 & obscuratum est insipiens cor eo-  
 rum. Dicentes enim se esse sapientes, Rom. 1.

x stulti



## EXPOSITIO PSAL.

stulti facti sunt. Non sic uinea tua  
domine. Quare? Quia

Operuit montes umbra  
eius, & arbuta eius cedros  
Dei.

Quare est umbra? Vetus testamē  
tum præcedens ueritatem Euange-  
lij, sicut umbra præcedit corpus,  
quando sol subsequitur: cum autem  
sol uenerit ante faciem nostram, iam  
non umbra præcedit, sed sequitur, et  
à nobis non uidetur: Ita ueritatem et  
gratiam, quæ est per IESVM Chri-  
stum præcessit lex, tanquam umbra,  
quia sequebatur sol iustitiæ, ut ueni-  
ret, & aperiret, & ostenderet no-  
bis faciem suam. Venit ergo, & ue-  
rita

QVI REGIS ISRAEL.

ritatem aperuit, lucemq; ante oculos  
 nostros posuit, umbra iam post ter=  
 gum sequitur. Nos ergo fugimus  
 eam, & uersus solem tēdimus: tran=  
 sivit umbra legis & sacrificiorum,  
 quia uenit sol iustitiæ CHRISTVS  
 Deus noster. Umbra ergo eius, id  
 est, lex & doctrina prophetarum  
 obscura operuit montes. Qui sunt  
 montes? Stabiles in fide, & alti per=  
 fectione iustitiæ, & diuinarum con=  
 templatione. Certè patriarchæ &  
 propheta, non philosophi & ora=  
 tores, qui sunt montes superbiæ. A  
 lumine ergo supernaturali & diui=  
 no patriarcharum & prophetarum  
 processit uinea. Et operuit montes  
 umbra eius, id est, episcopos, & pa=  
 x 2 triar

## EXPOSITIO PSAL.

triarchas, & prophetas, qui pleni  
 doctrina legis, & prophetico spiritu  
 referti, tegebant uineam, & sustine-  
 bant eam. Venisti domine ad cultores  
 uineæ, & ipsi te occiderunt, eij-  
 cientes extra uineam. Sed tu malos  
 male perdens, locasti uineam tuam  
 alijs agricolis, qui fecerunt fructus  
 eius, & umbram legis conuerterunt  
 in lucem. Sensum carnalem traxe-  
 runt ad spiritualem, ut sub umbra  
 illius sederent lasi, & ab æstu refri-  
 gerarentur: & umbra eius facta est  
 lux, quia lex ipsa spiritualiter intel-  
 lecta facta est euangelium: Sub cuius  
 umbra, quæ est lux, sedens anima  
 lassâ, cantat et dicit: Sub umbra illius  
 quem desiderauerã, sedi, & fructus  
 eius

QVI REGIS ISRAEL.

eius dulcis gutturi meo. Et iterum:  
 Spiritus oris nostri, CHRISTVS,  
 dominus captus est in peccatis no-  
 stris: cui diximus: In umbra tua uiue-  
 mus in gentibus: multiplicauit ergo  
 palmites in gentibus: Venerunt enim  
 gentes ad CHRISTVM, ad agrico-  
 lam, ad uitē, ad uineam: multiplicati  
 sunt palmites, excreuerunt numero,  
 & merito facti sunt sicut arbusta,  
 & eleuata sunt arbusta eius. Et ope-  
 ruerunt cedros Dei. Qui sunt cedri  
 Dei? Apostoli dei, Euangelistæ dei,  
 doctores ecclesiæ. Ergo electi de gē-  
 tibus uenerunt ad eos, apprehende-  
 runt eos, & dixerunt: Ibimus uo-  
 biscum, audiuius enim quia deus  
 uobiscum est. Cedri autem gauise  
 sunt,

## EXPOSITIO PSAL.

sunt, inclinauerunt se, & dixerunt:  
 Ascendite, ascendite super nos: capi-  
 te nos, quia portabimus uos, sustine-  
 bimus uos, eleuabimus uos à terra.  
 Et ascenderunt gentes per fidem,  
 & edificate sunt super fundamen-  
 tum Apostolorum, & Prophetarū,  
 ipso summo angulari lapide Christo  
 IESU. Operuerunt ergo arbusta  
 cedros Dei. O felix uinea, o beati  
 palmites, qui non philosophorum  
 stultorum, sed mōtium & cedrorū,  
 id est, prophetarum & apostolorū  
 secuti estis diuinam sapientiam, in-  
 narrabilem lucē, ueritatis uiam, que  
 uere ducit ad patriam. Sed quanta est  
 hæc uinea? Nunquid Iudæa sola?  
 An Iudeorum Deus tantum? Certe  
 ab

QVI REGIS ISRAEL.

ab ortu solis usq; ad occasum domine magnum nomen tuū in gentibus.

Extendit palmites suos usque ad mare, & usque ad flumen propagines eius.

Exultauerunt cedri libani, clamauerunt, & eleuauerūt uocem suam. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Audiuit mare, & intumuit, & turbata est terra. Intumuerunt fluctus maris, mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Turbati sunt montes, superbi principes, sacerdotes, scribæ, & Pharisæi. Astiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in unum, aduersus domi-

## EXPOSITIO PSAL.

num, & aduersum CHRISTVM  
 eius. Intonuit autem de cœlo Deus,  
 & altissimus dedit uocē suam. Vox  
 domini in uirtute, uox domini in ma-  
 gnificentia. Audierunt lapides, &  
 contremuerunt ligna sylvarum: au-  
 dierunt gētes duræ & infructuosæ,  
 & in palmites conuersæ sunt. Mare  
 uidit & fugit, Iordanis cōuersus est  
 retrorsum. Gentes autem ubiq; ter-  
 rarum ad uitam uenerūt, inseruerūt  
 se uiti per fidem, & charitatem: cre-  
 uerunt nimis usq; ad terminos orbis  
 terrarum, montes, & mare: tyranni  
 & populi peruersi percussi sunt,  
 descenderunt in infernum. Operuit  
 eos mare. Vineam autem nostram extē-  
 dit palmites suos usq; ad mare, id est  
 usq;

usq; ad terminos terræ. Mare ergo  
 circumdat uineam, pulsat eam, sed in  
 eam cōfringit fluctus suos. Sed quid  
 Iudæa fecit? Indurata est, exiccata  
 est, fructum nō fecit. Præcidisti ergo  
 tales palmites ô cœlestis agricola,  
 & in ignem misisti. Nūquid omnes  
 palmites perierunt? Absit: reliquæ  
 enim saluatæ sunt. Multi palmites  
 Iudæorum te uolente, & prædesti-  
 nante, permanserunt in uite, & fru-  
 ctum perfectum fecerunt. Vineam cre-  
 uit, & usq; ad flumē extendit pro-  
 pagines suas. Quid est domine usq;  
 ad flumen? Nunquid in orbe est unū  
 flumen tantum? Nunquid clauditur  
 orbis à mari, & à flumine aliquo?  
 Nequaquam: sed sicut cum dicitur,



## EXPOSITIO PSAL.

Propheta, David, propter eius excellen-  
 tiam, intelligitur: & Paulus, cum dicitur  
 Apostolus: Ita hic cum dicitur flumen  
 simpliciter, intellige de Iordane, qui à filio  
 meo fuit consecratus: solum hoc, hanc  
 habet excellentiam. Quid ergo est usque  
 ad flumē, nisi usque ad Iordanē? hoc est,  
 usque ad populum Hebraicum palmites  
 extendit. Non tibi ergo populus Hebraicus  
 totus uideatur expulsus. Lapidem enim  
 quem reprobauerunt edificantes, hic factus  
 est in caput anguli. Ergo magna erat tunc  
 ecclesia tua domine, magna, inquam,  
 dignitate: magna ueritate: magna uir-  
 tutum perfectione: magna charitate: magna  
 operum mirabilium uarietate

QVI REGIS ISRAEL.

tate, magna etiam extensione: magna fuit, quia tu magnus dominus, qui eam plantasti, qui augmentum praeuisti: quia eam extendisti, quia tu domine IESU dux itineris fuisti. Tu in ea laborasti, sudasti, uigilasti, sanguine tuo et martyrum tuorum eam consecrasti. Vbi ergo labores tui? ubi sudores? ubi sanguis tuus? quid fecisti domine deus? quid fecisti saluator meus?

Vt quid destruxisti maueriam eius, & uindemiant eam omnes qui praetergrediuntur uiam?

Vt quid domine hoc fecisti? quae utilitas? Custodiam angelorum da  
moui

## EXPOSITIO PSAL.

mouisti: hi enim latrones prohibe-  
 bant: isti eam defendebant. Vbi hodie  
 hæc fida custodia? ubi propheta, ubi  
 Apostoli, ubi doctores, ubi pastores  
 circūdantes uineā, demones expellē-  
 tes, hæreticos excōicantes, & per-  
 uersos hoīes corripientes, & imper-  
 fectos custodiētes? Quæ est maceria?  
 Angelorum custodia, pastorū defen-  
 sio, prædicatorū sancta doctrina. Vbi  
 est maceria? Destructa est. Quis eam  
 destruxit? Tu domine, qui sanctos  
 prædicatores tulisti, pastores in cœ-  
 lum collegisti, angelos amouisti. Vt  
 quid destruxisti maceriam eius? An  
 fortè ut impleat iniquitates suas, ut  
 compleatur malitia eius: ut tandē pu-  
 niatur, & renouetur? Sed quid deest  
 ei?

QVI REGIS ISRAEL.

ei? quod peccatum non inuenitur in  
 ea? Certe uide domine, quia cōpleta  
 est malitia eius. Et iam uindemiāt eā  
 omnes qui prætergrediuntur uiam.  
 Non uinitores ueri, non ueri agrico  
 læ uindemiant eam, non omnes bo  
 ni, non pauci boni, non partim  
 boni, & partim mali, non unus  
 quidem bonus, sed omnes qui præ  
 tergrediuntur uiam uindemiāt eam.  
 Omnes qui tua præcepta non ser  
 uant, qui uiam Dei ignorant, pu  
 blici peccatores, infames, hi ad al  
 taris ministerium eliguntur, his dan  
 tur beneficia, hi uindemiant uineam  
 sibi, non tibi: pauperes tuos non  
 respiciunt: esurientem non pascunt:  
 nudum non uestiunt: peregrinum  
 non

## EXPOSITIO PSAL.

non suscipiunt : uiduam & pupil-  
 lum non defendunt : comedunt a-  
 gnum de grege, & uitulum de  
 medio armenti : canunt ad uocem  
 psalterij & organi : sicut David  
 putauerunt se habere uasa cantici:  
 In choris modulantes, labijs deum  
 laudantes, sed corde longe à deo  
 existentes : Bibentes uinum in phi-  
 alis, & optimo unguento delibu-  
 ti, & nihil patiuntur super con-  
 tritione Ioseph : nulla misericordia  
 mouentur super egenum, & pau-  
 perem. Isti ergo qui prætergre-  
 diuntur uiam tuam, uindemiant ui-  
 neam tuam. Sed quid dicam domi-  
 ne? Nam & omnes qui etiam præ-  
 tergrediuntur uiam suam, uindemi-  
 ant

QVI REGIS ISRAEL.

ant uineam tuam. Ambulantes autem per uiam suam, & uidentes maceriam uineae tuae destructam, praetergressi sunt uiam suam. Nō recto itinere ambulauerunt, sed relinquentes uiam suam, cōuerterunt pedes in uineam tuā, ut uindemiaret eam, ut tollerent fructus eius: nō fructus spirituales, sed tēporales. Quid est quod agis: hoc dico domine. Diuites huius seculi per uiam suorum peccatorum ambulantes, diuitias, dignitates, honores, et uoluptates huius seculi per fas & nefas quarentes, diuerterunt à uia sua. Diuitias enim huius seculi prosequi desierunt: dignitates eius non amplius quæsierunt, conuersi sunt ad uineam tuam, ad ecclesiasticas digni

## EXPOSITIO PSAL.

dignitates, ad diuitias eius: dirupta est maceria quæ indignos repellerebat, & ingressi sunt etiam qui prætergrediuntur uiam suam, & uindemiauerunt eam. Quid ais? Hoc dico: Hodie in theatro, & cras in cathedra episcopali: Hodie in thelone, & cras canonicus in choro: Hodie miles, & cras presbyter. Prætergressi sunt uiam suam, & diuerterunt ad uineam tuam: nõ quidem ut colerent eam tibi, sed ut uindemiarent eam sibi. Hoc quoque flens dico: Ingressi sunt demones, & peruersi quique homines, caput uidelicet, & membra, & fructus eius spirituales uindemiantes proiecerunt, pedibus calcauerunt, absconderunt, destruxerunt:

uinito

Vinitores percusserunt gladio, & extra vineam eiecerunt, optimos palmites præciderunt: persuasionibus malis, minis, persecutionibus, & malis exemplis conantur destruere quicquid boni in vinea reperitur. Vt quod ergo dñe destruxisti maceriam eius? Quæ utilitas? Quis fructus? Nã propter hoc uindemiant eã oēs qui prætergrediuntur uiam. Sed utinam soli homines, aut demones prætergredientes uiam, uindemiarent eam, & nõ etiam bestia ingrederentur in eam. Sed ecce, mala bestia ingressa est in eam, & radicitus destruxit eam.

Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.



## EXPOSITIO PSAL.

Aper porcus est: porcus immundus, porcus superbus, porcus crudelis: non domesticus, sed de sylua: luxuriosus clericus, libidinosus sacerdos, qui non homo est, sed bestia, sed porcus immundus, ad altare tuum accedit, tota nocte in immundicia sua in luto, in stercore iacuit, & mane sacramenta tua tangere praesumit: porcus superbus domari non potest, corrigi non uult, & audire uerba ueritatis renuit: Superbè loquitur, contra corripientem se insurgit, mordet, lacerat crudeliter, non parcit uerbis, maledicit, blasphemat. Porcus est, crudelis est, bestia est, non homo: persequitur homines: non domesticus est, non saltem neophytus est: non de do

QVI REGIS ISRAEL.

mo domini uenit, sed de sylua, sed de consortio bestiarum, de multitudine ferarum, de deserto peccatorũ. Deũ ignorat, sacramenta nescit, officium suum nõ intelligit, lutum solũ amat, stercus amplectitur, sanguine delectatur. Quid ergo fecit aper iste domine Deus? Exterminauit uineam tuã, extra terminos posuit eã, extra præcepta, extra patrum documenta, extra leges facit eam: luto & stercore, luxurijs & impudicijs, comessatiõibus & ebrietatibus impleuit eã. Cultores occidit, paruulos enecauit, mulieres humiliauit, palmites ad solum traxit, uites radicitus euulsit, & extirpauit, ac dentibus suis omnia cõminuit: superbia sua ligna pedibus

## EXPOSITIO PSAL.

calcavit, & extra uineam eiecit. Ex-  
 terminauit eam aper de sylua, & sin-  
 gularis ferus depastus est eam. Ecce  
 quanta superbia, uult esse singularis,  
 non uult habere superiorem, nō uult  
 habere parem, non querit habere so-  
 cios, sed seruos, sed subditos: uult o-  
 mnia singulariter possidere, querit  
 semper ascendere, singularitate dele-  
 ctatur, charitatē CHRISTI despici-  
 cit, non uult esse minister, nō pastor,  
 non pater, non mater, non socius tri-  
 bulationum, non seruus omnium, ut  
 omnes lucrifaciat, sed dominus, sed  
 lupus, sed crudelis & rigidus domi-  
 nator ad destruendam uineā, ad eucl-  
 lendas radices eius, ad eam totaliter  
 consumendam, & totam comedend-  
 dam

QVI REGIS ISRAEL.

dam, atq; ad nihilū redigendam. An  
 etiam aper de sylua & singularis fe  
 rus est princeps malus, tyrannus su  
 perbus, totus immundus, totus crude  
 lis? Qui de sylua bestiarum egredi  
 tur, de ministris sibi similibus immun  
 dis, luxuriosis, superbis, crudelibus,  
 qui bestie sunt, non homines: Cultū  
 dei odit, sanctos uiros de ciuitate ex  
 pellit, iustos persequitur, prudentes  
 percutit gladio, ueritatem abomina  
 tur, mendacijs gaudet, adulationi  
 bus delectatur, pacem fugat, discor  
 dias nutrit, matrimonia dissoluit, uir  
 tutes exterminat, uitia commendat,  
 pudicitiam fugat, flagitiosos exaltat:  
 deniq; omne uitium in precipiti sta  
 re facit. Exterminauit uineam, quia

## EXPOSITIO PSAL.

astitit omni uia non bonæ, malitiam  
 autem non odiuit. An fortè aper, &  
 singularis ferus etiam diabolus est?  
 Immundus spiritus, crudelis, homici-  
 da, superbia elatus, qui dixit: In cœ-  
 lum conscendā, super astra cœli ex-  
 altabo solium meum, similis ero altis-  
 simo. Hic etiam depastus est uineam,  
 comedit palmātes, absorbuit uites, &  
 sibi incorporauit eam, factus est ca-  
 put malorum, & ipsi, membra eius,  
 & facta est uinea CHRISI, uinea  
 diaboli, quia singularis ferus depa-  
 stus est eam. Heu, heu, heu domine  
 deus, ubi est uinea tua, quā de Aegy-  
 pto transtulisti, de qua gentes cieci-  
 sti, quam tuis manibus plantasti, cu-  
 ius in itinere dux fuisti, quæ impleuit  
 terram

QVI REGIS ISRAEL.

terram uirtutibus, cuius umbra ope-  
ruit montes, & arbusta, & cedros  
dei, quæ extendit palmites suos usq;  
ad mare, & usq; ad flumen propagi-  
nes eius? Vbi sunt uirtutes eius, ubi  
dona spiritus sancti, ubi gratiæ gra-  
tis data, ubi charitas, ubi spes, ubi fi-  
des? An non es deus, apud quem nõ  
est trãsmutatio? An nõ es ille, id est,  
deus qui fecisti misericordiam, cū pa-  
tribus nostris? An non sumus nos  
opus manuũ tuarum? An nõ CHRIS-  
TUS manet in æternum? An non  
es passus etiam pro nobis? An obli-  
tus es nostri domine? Tu domine pa-  
ter noster, et Abraham nesciuit nos,  
& Israël ignorauit nos. Tu domine  
pater noster, & redemptor noster,

## EXPOSITIO PSAL.

à seculo nomen tuum. Quare ergo  
 auertisti faciem tuam à nobis? Pecca-  
 uimus, iniuste egimus, iniquitatem fe-  
 cimus. Domine non secundum pec-  
 cata nostra facias nobis, neq; secun-  
 dum iniquitates nostras retribuas no-  
 bis. Domine ne memineris iniquitati-  
 um nostrarum antiquarum, cito antici-  
 pent nos misericordie tue, quia pau-  
 peres facti sumus nimis. Nec enim pa-  
 tres nostri iusti inuenti sunt, sed pec-  
 catores, sed idololatræ, sed homici-  
 dæ, sed maledici, sed cupidi, superbi,  
 elati, parentibus non obediens, insi-  
 pientes, & blasphemantes nomen  
 tuum. Fecisti autem eis secundum ma-  
 gnam misericordiam tuam. Nec enim  
 in gladio suo possederunt terram, &

br&amp;

QVI REGIS ISRAEL.

brachium eorum nõ saluauit eos, sed  
 dextera tua, & brachium tuum, &  
 illuminatio uultus tui, quoniam com=  
 placuisti in eis. Eia ergo, & fac no=  
 biscum secundum magnam misericor=  
 diam tuam, & ne auertas faciem tu=  
 am à nobis.

Deus uirtutum cōuertere:  
 respice de cœlo, & uide, &  
 uisita uineam istam.

Deus uirtutum actus purus, uir=  
 tus infinita, uirtus uirtutum, gubere=  
 nans omnia, faciens omnia, uiuificās  
 omnia, uirtutes omnium creans, eis  
 uigorem præbens, eas ad opus tras=  
 hens, eas antecedens. Conuerte nos  
 domine ad te, & conuertemur: an=



## EXPOSITIO PSAL.

recede nos, trahere nos post te, uigore  
 uirtutibus nostris prebe, & uiuifica  
 nos. Cur non respicis nos? Cur terga  
 uertisti? Ostende nobis faciem tuam.  
 Conuertere Deus uirtutum ad nos,  
 & nos conuertemur ad te. Conuerti  
 enim ad te, cogitare de te, diligere  
 te, donum tuum est. Respice de caelo:  
 longe enim abisti, in caelum ascendi-  
 sti: a nobis recessisti: respice saltem  
 nos de caelo, si non uis ad terram de-  
 scendere, si peccata nostra hoc non  
 merentur: respice nos, illumina nos  
 de caelo, de secreto miserationum tua-  
 rum, de CHRISTO tuo, & preci-  
 bus beatorum tuorum. Et uide deso-  
 lationem nostram, intueri, & respi-  
 ce opprobrium nostrum: hereditas no-  
 stra

QVI REGIS ISRAEL.

stra uersa est ad alienos, domus no-  
 stræ ad extraneos. Vbi est Hierusa-  
 lem? ubi terra sancta, in qua tot mi-  
 rabilia fecisti? Vbi sepulchrum tuum?  
 non ne in manibus infidelium? uide  
 domine oculis misericordiæ tuæ or-  
 bem terræ, & plenitudinem eius, nõ  
 plenitudinem gratiarum, sed plenu-  
 dinem peccatorum, sed plenitudinem  
 ignorantie, sed plenitudinem mise-  
 riarum. Vide uineam tuam, ecclesiã  
 tuam, rempub. tuam, plebem Chri-  
 stianam tuam, uide & miserere. Et  
 uisita uineam istam. Adhuc enim ra-  
 dices habet, adhuc aliqui palmites ui-  
 uunt: ab initio mundi coepit, & nõ-  
 quam defecit, neq; deficiet. Tu enim  
 dixisti: Ecce enim uobiscum sum omni-  
 bus

## EXPOSITIO PSAL.

bus diebus usq; ad consummationem  
 seculi. Minui ergo potest, deficere  
 penitus non potest. Vineam ergo istam,  
 est vinea illa, quam tu plantasti. Unus  
 spiritus, una fides, unum baptis-  
 ma, unus Deus & dominus omnium,  
 qui est omnia in omnibus. Visita er-  
 go vineam istam, uisitatio enim tua cu-  
 stodiet spiritum eius, uisita gratia  
 tua, presentia tua, spiritu sancto tuo.  
 Visita etiam uirga tua, & baculo tuo:  
 uirga enim tua, & baculus tuus con-  
 solabuntur eam. Visita flagello, ut ca-  
 stigaretur, ut purgetur: tempus enim pu-  
 tationis adueniet. Eijce lapides: colli-  
 ge aridos palmites, & ligna in fasci-  
 culos ad comburendum: Erige eam, su-  
 persua precide, appone sustentacula,  
 terram

QVI REGIS ISRAEL.

terram impingua, maceriam cōstrue,  
& uisita uineam istam, sicut iam ui-  
sitaſti terram, & inebriaſti eam. Vi-  
ſita, inquam,

Et perfice eam, quam plan-  
tauit dextera tua, & super fi-  
lium hominis, quem confir-  
maſti tibi.

Non solum uisita, sed etiam perfice eam. Valde enim imperfecta est: uult bene uiuere, sed non uult mala pati. Habet exempla ante oculos suos, habet prophetas, habet apostolos, habet martyres, & omnes sanctos dei, imò ipsum filium tuum unigenitum, uult eos sequi, uult benefacere, ut eorum gloriam cōsequatur,  
sed

## EXPOSITIO PSAL.

sed non uult pati aduersa: Valde im-  
 perfecta est. Perfice eā domine, emit-  
 te spiritum tuum, & perficietur. Pe-  
 trus ante aduentum spiritus sancti di-  
 cebat: Etiam si oportuerit me mori  
 tecum, non te negabo. Sed quia im-  
 perfectus erat, ad uocem unius ancil-  
 le negauit CHRISTVM tuū. Ve-  
 nit spiritus sanctus, & impleuit eum  
 gratia, & non timuit reges terra,  
 quia perfecisti eum, ideo fructum se-  
 cit, ideo innumerabiles ad fidem con-  
 uertit, ideo ecclesias edificauit. Igi-  
 tur perfice eam, & fructum faciet, et  
 per orbem palmites extēdet. Adhuc  
 enim timet, adhuc loqui non audet,  
 adhuc principes ueretur. Perfice eā  
 quam plantauit dextera tua, nō eam  
 quam

QVI REGIS ISRAEL.

quam plātauit sinistra tua. Sunt enim  
 quidam Christiani, quidam sacerdo=  
 tes nomine, non opere, quibus dedi=  
 sti diuitias huius seculi, & multipli=  
 casti bona temporalia, spiritualia au=  
 tem tua non habent. Hi ergo sunt ui=  
 nea quam plantauit sinistra tua. Non  
 hanc rogo ut augeas, non ut perfici=  
 as, sed eam quam plantauit dextera  
 tua, que habet palmites & fideles,  
 quibus dedisti gratiam tuam, & do=  
 na tua spiritualia, qui sunt electi tui.  
 Quorum cuilibet dicit: Leua eius sub  
 capite meo, & dextera illius ample=  
 xabitur me. Hanc ergo perfice: & su=  
 per filium hominis, quem confirma=  
 sti tibi, perfice eam. Quis est iste fi=  
 lius hominis? Nos quippe sumus fi=  
 lij ho

## EXPOSITIO PSAL.

lij hominum: quia patrē & matrem  
 habemus in terris. CHRISTVS au-  
 tem est filius hominis, quia est filius  
 uirginis: qui in coelis patrem sine ma-  
 tre, in terra autem matrem sine pa-  
 tre habet. Hunc ergo filium hominis  
 confirmasti in cordibus hominū, cō-  
 firmastiq; eum tibi, id est, ad hono-  
 rem tuum. Pugnavit Iudæa contra  
 eum, & tu confirmasti eum tibi: pu-  
 gnauerunt tyranni, & confirmasti  
 eum tibi: pugnaverunt heretici, &  
 confirmasti eum tibi: pugnaverunt  
 philosophi, & dialectici, & sapien-  
 tes huius seculi, & confirmasti eum  
 tibi: pugnaverunt falsi fratres, & cō-  
 firmasti eum tibi: pugnavit diabolus,  
 & totus orbis, & nō praevaluit, sed  
 filium

QVI REGIS ISRAEL.

filiū hominis confirmasti in cordi-  
 bus hominum ad honorem tuum. Er-  
 go perfice uineam super eū, & per  
 fidem & charitatem super CHRIS-  
 TVM plantata & radicata perfici-  
 ciatur, et de terra illa rubra de amo-  
 re charitatis CHRISTI, de meritis  
 passionis eius producat uinum opti-  
 mum, inebrians corda hominum. Si  
 quia imperfecta est, quia collapsa,  
 quia obstat mundus, impossibile uide-  
 tur in oculis hominū, tibi tamen do-  
 mine nihil est impossibile, nihil diffici-  
 le. Aperis tu manum tuam, & imples  
 omne animal benedictione. Omnia à  
 te expectant ut des illis escam in tem-  
 pore. Dante te illis, colligēt: aperiēte  
 te manum tuam, omnia implebun-

z tur



tur bonitate: Auertente autem te faciem, turbabuntur. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Quanto ergo magis increpante te omnia impedimenta tollentur, & omnes uastatores peribunt.

**Incensa igni, & suffossa: ab increpatione uultus tui peribunt.**

Incensa enim, & semiuista ligna, & suffossæ uites, & arbores infructuosæ per uineam dispersæ, & confusæ palmites uirides, uites uiuentes uastant, nec fructum facere permittunt. Incensa ergo & suffossa increpa uultu tuo, uultu illo de quo dicitur  
 Etiam

QVI REGIS ISRAEL.

Etum est : Vultus autem domini super facientes mala, & peribunt statim infructuosa ligna : Illi uidelicet qui nec ipsi in regnum caelorum intrant, nec alios intrare permittunt. Incensa igitur sunt immundi peccatores, ardore libidinis incensi, & in carbonem uersi, in tenebris ambulantes, & nescientes quò uadunt. Nam supercedit ignis, & non uident solem. Incensa igni, auari sunt, & cupidi desiderio pecuniae inordinato, igne auaritia incensi, qui nunquam dicit, sufficit. Incensa igni, superbi sunt, ambitiosi sunt, inuidi sunt, qui ardent sicut faculae, & omnium rerum desiderio incensi sunt. Iste ignis omnes uirtutes consum-

## EXPOSITIO PSAL.

psit, omnes cupiditates excitauit, omnium malorum causa est. Initium enim omnis peccati superbia, & radix omnium malorum cupiditas, illa per auersionem à deo, hæc per conuersionem ad creaturas. Qui autem sunt ligna suffosa, nisi tepidi, qui exterius quidem non uidentur igne libidinis, uel superbiæ, uel auaritiæ exusti: tamen intus aridi sunt: quia suffosi sunt, non habent radices in terra uiuentium, in charitate CHRISTI, in gratia dei. Ideo sicut lignum si habet radices in terra ad calorem solis fructificat: Si autem non habet radices in terra, sed in aëre, ad calorem solis exarescit. Ideo homo si radices fidei & charitatis habet

habet in CHRISTO accedens ad altare, ad ecclesiastica sacramenta, & officia diuina ad audiendum uerbum Dei, ad lectionem scripturarum, ad orationem, fructus mirabiles producit. Si autem querit quæ sua sunt, & in proprio amore in aëre in spiritu superbiæ radicatus est, ad omnia semper magis arefcit, & peior efficitur: Tepidi ergo sunt ligna suffossa: sunt ligna arida: cibus ignis: sed certe ipsa ligna suffossa, sunt etiam incensa, & ipsa incensa suffossa. Nam manifesti peccatores suffossi sunt, & à gratia dei euulsi, & eradicati: & ipsi tepidi incensi sunt igne proprii amoris, & superbiæ, & ambitionis, & auaritiæ, et libidinis occul

## EXPOSITIO PSAL.

te. Omnes ergo isti domine Deus per uineam tuam dispersi, & condensati non permittunt eam facere fructus, quia eorum malis exemplis & suasionibus paruuli, & simplices subuertuntur. Increpa ergo eos, increpa durè, quia dura ceruicis sunt: Increpa gladio, peste, & fame. Ab increpatione uultus tui peribunt: & de uinea eijcientur, palmites subleuabuntur, aliæ uites apponentur, crescent & fructum facient, extendent propagines suas usque ad mare, & usque ad flumen peruenient. Quare obdormis domine? Surge domine, &

Fiat manus tua super uirū  
dextræ

dextræ tuæ, & super filium  
hominis, quem confirma-  
sti tibi.

Veni domine, noli tardare. Deus  
iudicium tuum regi da, & iustitiam  
tuam filio regis. Hic enim est uir de-  
xtræ tuæ, qui sedet ad dextram tu-  
am. Quæ est autem dextera tua? Tu  
enim inuisibilis es & incorporeus.  
Vbi ergo dextera? ubi sinistra? Glo-  
ria tua est dextera tua. Singulariter  
ergo de CHRISTO dictum est,  
quòd sedet à dextris tuis, quia in po-  
terioribus bonis gaudet: Super omnem  
principatum & potestatem & uir-  
tutem, & super omne nomen, quod  
nominatur non solum in hoc seculo,  
z 4      sed

## EXPOSITIO PSAL.

sed etiam in futuro. Quid autem ma-  
 nus tua, nisi potestas tua? Si ergo de-  
 xteram manum habes, cur etiam si-  
 nistram non habes? Potestatem enim  
 habes puniendi & glorificandi. Do-  
 minus enim uiuificat & mortificat,  
 deducit ad inferos & reducit, humi-  
 liat & exaltat. Potestas ergo pu-  
 niendi manus sinistra est: potestas glo-  
 rificandi manus dextera est. Fiat ergo  
 manus tua, fiat potestas tua super ui-  
 rû dexterae tuae. Quomodo? Non ne  
 potestas data est ei ab initio? Ipse  
 enim dixit discipulis suis: Data est  
 mihi omnis potestas in coelo, & in  
 terra. Quomodo ergo tu dicis, fiat  
 manus tua super uirû dexterae tuae?  
 Data est, sed non apparet: fiat ergo  
 ut ap

QVI REGIS ISRAEL.

ut appareat. Vident homines ani=  
 males & carnales seruos tuos irri=  
 deri, despici, maledici, & semper in=  
 aduersis esse, & dicunt: Fides non  
 est uera, nulla est prouidentia, deci=  
 piuntur Christiani, & sic blasphe=  
 mant nomen tuum. Vident denique  
 superbos, iniustos, auaros, blasphe=  
 matores, luxuriosos, & peruersos  
 homines prosperari & nihil eis ma=  
 li accidere. Et dicunt: Aut deus non  
 est, aut prouidentiam non habet de  
 rebus humanis, aut iniustus est. Po=  
 testatem ergo habes, & iudicia tua  
 semper exerces, sed non semper ap=  
 parent, & ideo blasphemant homi=  
 nes. Fiat ergo manus tua, ut appa=  
 reat super uirum dexteræ tuæ. Da



## EXPOSITIO PSAL.

iudicium ei quod appareat. Dic ei, ut potestatem quam habet exerceat in conspectu hominum. Ipse enim est à te constitutus iudex uiuorū & mortuorum. Fiat ergo manus tua super ipsum. Quæ manus, dextera, an sinistra? Fiat sinistra, fiat & dextera: Sinistra super malos, dextera super bonos. Appareat iudicium, appareat & misericordia, ut cessent homines blasphemare. Sinistra quippe debilior est dextera, quia iudicium facis cum misericordia, & in puniendo parcus es. Dextera autem tua fortis est, quia largus es donator. Aperies tu manum tuam, dexteram uidelicet tuam, & implebis omnem  
 ani

QVI REGIS ISRAEL.

animal benedictione. Fiat ergo super uirum dextera tua. Ad puniendos impios manus tua sinistra, ut flagellentur & conuertantur: Et si noluerint conuerti ad te, de uinea tua expellantur, & in igne inferni imperpetuum crucientur. Ut quid enim frustra terram occupant? Fiat autem super uirum dexterae tuae, ad tuos fideles consolandos manus tua dextera, ut larga benedictione spiritus sancti gratia repleantur, ut aedificetur uinea maceria, quae prohibeat praetergredientes uiam: & aprum de sylua singularemque ferum non permittat intrare, ut crescant

## EXPOSITIO PSAL.

scant palmites, & fructum faciant.  
 An forte bonum est ut fiat etiam su-  
 per uirum dextera tuae utraque ma-  
 nus tua ad fideles tuos? Certe ita  
 est. Manus enim sinistra tua, ma-  
 nus flagellum tenens, manus percu-  
 tiens, faciet eos ad dexteram perma-  
 nere. Flagellum enim in scholis re-  
 tinet puerum: Ferula cogit ipsum  
 addiscere. Adhuc enim paruuli su-  
 mus, quoniam quandiu sumus in ui-  
 ta mortali paruuli sumus, indige-  
 mus flagello, lacte pascimur. Cum  
 autem uenerit quod perfectum est,  
 euacuabimus quae erant paruuli, &  
 tunc flagellum cessabit. Bonum est  
 ergo

QVI REGIS ISRAEL.

ergo flagellum, ueniat ergo flagellum, ueniat cito, ueniat uelociter manus tua super filium dexteræ tuæ, ut purgentur boni, ut perficiantur iusti, ut expellantur mali, ut pereant destruentes uineam: Et super filium hominis plantentur palmites. Quem confirmasti tibi. Quem in ecclesia confirmasti ad honorem tuum. Non enim totaliter ab ecclesia recessit. Adhuc habes seruos multos, sed occultos in quorū cordibus confirmasti CHRISTVM tuum tibi: & expulsis uineæ uastatoribus, egrediantur ad operationem suam usque ad uesperam. Veni ergo domine, & cōiunge

iunge nos cultoribus tuis, quos præparasti ad opus tuū. Serui tui sumus. Et non discedimus à te, uiuificabis nos, & nomen tuū inuocabimus.

Sine te esse non possumus: In te enim uiuimus, mouemur, & sumus. Et ideo non discedimus à te: uerba enim uitæ æternæ habes. Ad quem ibimus? Non est deus præter te domine. Quis enim fecit magnalia, quæ tu fecisti? Omnia quæcunq; uoluisti fecisti, in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Strepit mundus, murmurent homines, persequantur nos impij, insurgant omnia elemēta,  
 susci

suscitetur denique infernus contra  
 nos, non discedimus à te, nulla crea-  
 tura poterit separare à charitate dei,  
 quæ est in Christo IESU domino  
 nostro. Non confidimus in uiribus  
 nostris, nõ egrediemur in uirtutibus  
 nostris, sed tu uiuificabis nos. Gra-  
 tiam tuam nobis abundanter tribues,  
 uirtutes donabis, auxilium speciale  
 in tribulatione præbebis, quo excita-  
 bimur ad feruorẽ charitatis. Et no-  
 men tuum inuocabimus. Nomen tuũ  
 bonitas tua est: Non est enim bonus  
 nisi solus deus: tu ergo solus bonus:  
 tibi soli hoc nomen bene conuenit.  
 Nomen ergo tuum, id est, rem nomi-  
 nis tui, significatum nominis tui: hoc  
 est

## EXPOSITIO PSAL.

est bonitatem tuam, misericordiam  
 tuam inuocabimus, ut adiuuet nos  
 & succurrat nobis. Vel certe inuo-  
 care nomen tuum est cōceptum tuæ  
 bonitatis in mente formare, est enim  
 nomen mentis: Conceptus ergo bo-  
 nitatis tuæ est nomen tuum. Non  
 quilibet conceptus est nomen tuum,  
 quod inuocatum saluat, sicut scri-  
 ptum est: Quicumque inuocauerit  
 nomen domini, saluus erit: Sed con-  
 ceptus bonitatis tuæ, qui prorumpit  
 in amorē per fidem, & per superna-  
 turale donū gratiæ: Hoc uero est no-  
 men tuum. Quid est ergo inuocare  
 nomen tuum, nisi intus cōcipere per  
 fidem

fidem bonitatem tuam, & eam super omnia diligere? Nomen enim est uox significatiua. Quid est ergo inuocare nomen alicuius, nisi uocem ipsam significantem formare? Ita inuocare labijs & lingua nomen dei, est uocem ipsum significantem producere. Similiter cum sit nomen mentale, inuocare mente nomen tuum, est conceptum te representantem formare. Non saluat autem quilibet conceptus, sed ille saluat, qui uirtute fidei, quæ per dilectionem operatur formatus fuerit. Igitur inuocabimus nomen tuum corde, inuocabimus labijs & lingua, ut de bonitate tua inuocata auxilium tuum descendat ad nos bene dispositos & præparatos,

A qui



qui intus per gratiam tuam accepimus nomen tuum. Da ergo nobis uirtutem: qua, relicta omni cupiditate terrena, conuertimur ad te ex toto corde nostro, ut in tribulationibus non deficiamus.

**Deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus.**

Vere tu es deus uirtutum, qui infirma mundi elegisti, & fortia quaeque confudisti. Quid enim infirmius cruce? Quid magis stultum? Quid plus maledictum? Ecce infinita uirtute tua haec maxima infirmitas facta est nobis maxima fortitudo. Haec stultissima fatuitas facta est hominibus profundissima sapietia: haec summa

QVI REGIS ISRAEL.

ma maledictio, facta est nobis benedictio cœlestis, & perfectissima iustitia. O altitudo diuitiarum uirtutis, & sapientiæ, & bonitatis Dei. Quod enim infirmum est Dei, fortius est hominibus: & quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Fac nos domine cognoscere hanc tuam infinitam uirtutem, inscrutabilem sapientiam, inestimabilem bonitatem, ut sciamus quia nō est alius deus præter te domine, & conuertamur ad te. Deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam. Ostende CHRISTVM tuum, crucifixum tuum, per quem cognouimus uirtutem tuam, sapientiam tuam, & bonitatem tuam. Quis unquam deus

A 2      fecit

## EXPOSITIO PSAL.

fecit ea quæ fecit filius tuus, domi-  
 nus noster IESVS Christus, pro  
 nobis crucifixus? Ipse uniuersum  
 orbem sine gladio superauit, omnes  
 alios deos prostrauit, tyrannos per-  
 didit, ubiq; in coelo & in terra tri-  
 umphauit: Ipse mundum per cru-  
 cem suam illuminauit, bene uiuere  
 docuit, doctrinam rectè uiuendi de-  
 dit, qua nulla melior excogitari po-  
 test. Ipse omnia hominum genera ad  
 suum amorem traxit, qui relinquen-  
 tes aurum, argentum, & omnes hu-  
 ius seculi uanitates, atq; semetipsos,  
 etiam pro eius amore exquisitissima  
 tormètorum genera in martyrium,  
 & crudelem mortem alacriter susti-  
 nuerunt. Quis audiuit unquam ta-  
 lia?

QVI REGIS ISRAEL.

lia? aut quis uidit similia? Vere domine IESU tu es Deus magnus filius dei altissimi, Rex gloriæ, Deus uirtutum, & nō est alius deus præter te domine, qui cū patre & spiritu sancto es unus Deus, super omnia benedictus. Ostende ergo nobis faciem tuam: A facie enim tua mota est terra, à facie dei Iacob: Qui conuertit petram in stagna, & rupem in fontes aquarum. Ostende domine faciem tuam, & salui erimus: Nam & patres nostri salui facti sunt, quia ostendidi eis faciem tuam, unde laudant, & dicunt: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: Super misericordia tua & ueritate tua. Ostende ergo domine fa-

EXPOSITIO PSAL.

ciem tuam, ut reprobī pereant, quia  
 ante faciem tuam ibit mors. Ostende  
 faciem tuam, ut electi tui in charitate  
 seruiant, & salui erimus, & mun-  
 dus renouabitur, uirtutibus & gra-  
 tia tua decorabitur. Letabuntur iu-  
 sti, & exultabunt, habitabitq; popu-  
 lus tuus in pace, & iugiter die ac  
 nocte laudabit te. Qui cum filio  
 tuo & spiritu sancto ui-  
 uis & regnas Deus  
 benedictus per  
 omnia secu-  
 la secu-  
 lorū.

AMEN.

T A B V L A  
D E C A L O G I.

*Ad Roma. 3.*

Lex est cognitio peccati.

EXODI XX.

LEX PRIMA.

Non habebis deos alie-  
nos coram me. Hoc est, uni  
Deo fide, unum Deum dilige, unum  
Deum time.

SECUNDA.

Caue, ne nomen Dei te-  
mere usurpes. Hoc est, nomen  
Dei laudibus tolle tam in prosperis  
A † quam

INTERPRETATIO

quàm in aduersis rebus: si in periculis uersaris, confuge ad nomen Domini uelut ad  $\text{ἱεράριον ἄγκυραν}$ , ut Græci dicunt.

TERTIA.

Sabbatum sanctifica. Hoc est, Deum in te operari finito.

SEQUUNTUR LEGES

quæ quid proximo debentur, docent.

PRIMA.

Honora patrem, & matrem. Hoc est, parentibus tuis, magistratibus, superioribus tuis, obtempera, illos reuerenter cole, illos reuerenter time, parētes tuos ubi egerē

DECALOGI.

re uideris, cibo, potuq; subleua.

SECUNDA.

Ne occidas. Hoc est, ne sis bi  
linguis, ne te amicū lingua simula,  
ne in pectore simulatē ale: si amas,  
ex corde ama. Ne pximo inuideas,  
ubi illius res crescere uideris. Ne p=  
ximi famā, atro carbone notes. Ne  
in absentem conuitiosus sis, ne iram,  
ne similitatem cum illo exerceas.

TERTIA.

Ne adulterium exerceas,  
Hoc est, Cohibe oculorum petulan=  
tiam, comprime obscœnitatem uer=  
borum. Ne Cynædico gestu, uel foe=  
minam, uel puellam in amorem tur=  
pem allice. Ne spurcis cogitationi=  
bus aestues.

A 3 Quarta



INTERPRETATIO

QVARTA.

Non facies furtum. Hoc est, Proximum tuum, opibus, consilio, eruditione, & ut in pauca redigā, quacunque re poteris, adiuua. Da omni petenti abs te mutuò, etiam citra omnem spem recuperandæ pecuniæ.

QVINTA.

Ne loquaris falsum testimonium. Hoc est, Ne mendacijs os tuum scateat: sermo tuus sit, sic sic: non non: te candidum, te dexterum illis, quibus cum congregeris, ostende.

SEXTA.

Non concupiscas domū  
proxi

proximi, nec uxorem, ne in  
mala ruas. Rerum terrenarum  
sis negligens, quæ sursum sunt cu-  
rato.

Ex his legibus discit iuuetus quid  
Deo debeat, debet uerò Deo, fidem,  
laudem, tolerantiam eius operum.  
Discit & quid proximo debeat,  
nempe charitatem, quam qui seruat,  
legem impleuit. Siquidem illa, Non Gal. 7.  
adulteraberis, non occidas, non fal-  
sum testimonium dices, non concu-  
pisces, & si quod aliud præceptum,  
in hoc sermone summatim compre-  
henditur, Diliges proximum tuum  
sicut teipsum.

Dilectio proximi, malum  
non operatur, Ad Rom. 13.

INTERPRET. DECALOGI  
IN BAPTISMO HIS  
uotis deo obstrin=  
gimur.

Ego renūcio diabolo, & omni=  
bus operibus eius.

Credo in Deum patrem omnipoten=  
tem, creatorem cœli & terræ.

Credo in IESVM CHRIS=  
TVM unicum filium eius.

Credo in spiritum sanctum, sanctā  
ecclesiam catholicam, sanctorum cō=  
munionem, remissionem peccatorū,  
carnis resurrectionem, & post hęc  
uitam, uitam æternam.

Hic locus postulat, ut obiter in=  
uentuti & symbolum Apostoli=  
cum, & Dominicam orationem ex=  
ponam: illud, ut quid, et cui credat,  
probè

EXE GESIS

probè sciat:hanc,ut quid oret,com=  
pertum habeat.

EXE GESIS PARA=  
phrastica Symboli  
Apostolici.

Credo in Deum, & illū quidem  
clementissimum patrem, omnium re=  
rum & in cœlo & in terra condi=  
torem.

Credo & in IESVM CHRI=  
STVM unicum filium eius, nos  
enim nascimur filij iræ, adoptamur  
uerò inter filios Dei, per fidem quæ  
est in CHRISTO, qui nostro no=  
mine, citra uirilem operam, de spiri=  
tu sancto in utero purissimæ uirgi=  
nis conceptus, ex eadem uirgine na=  
tus

SYMBOLI APOST.

tus est. Filius hominis fit CHRIS-  
 TUS, ut nos filios Dei reddat.  
 Nascitur ex purissima uirgine, ut no-  
 Colof. 2. stras sordes diluat. Patitur sub Pon-  
 tio Pilato, propter scelera nostra.  
 Crucifigitur deleto chirographo,  
 quod erat contrarium nobis per de-  
 creta, & illud sustulit è medio. Affi-  
 xus cruci, moritur, ut per mortem,  
 uitam in lucem produceret, ac im-  
 mortalitatem per Euangelium. Se-  
 Rom. 5. pelitur, ut nos cum illo sepulti per  
 1. Tim. 1 baptismum in mortem, in nouitate  
 uitæ ambularemus. Descendit  
 ad inferna, ut inferni tyrannidem  
 Rom. 4. expugnaret. Tertia die, uictor mor-  
 tis, inferni, diaboli, resurgit, propter  
 Ioan. 3. iustificationem nostri, ut qui credi-  
 mus

mus in eum, non pereamus, sed habeamus vitam eternam, ut & nos in illo uincamus mortem, infernum, diabolum. Ascendit ad coelos, ut illuc apud patrem intercedat pro peccatis nostris, unus enim mediator est, Dei & hominum, qui est IESVS CHRISTVS. Ascendit ad patrem, ut dona hominibus impartiret. Ascendit ad patrem, ut & nos in ipso ascendamus. Ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei patris, patri equalis, cum patre omnipotente, omnipotens filius, Deus benedictus, in secula seculorum, Amen. Qui tempore, quo sibi uisum fuerit, iudex aderit tam uiuorum, quos repentinus eius aduentus reprehendet,

## SYMBOLI APOST.

det, quàm mortuorum, qui ad uitam reuocabuntur. Credo in spiritum sanctum, uerum Deum, & à patre & filio promanantem, qui sanctificat omnia: extra quem est sanctum nihil. Credo sanctam ecclesiam catholicam, quæ est communio sanctorum credentium in Christum, qui est caput sanctorum. Sanctam quidem ecclesiam credo, quòd à spiritu sancto gubernetur. Credo istam ecclesiam à CHRISTO accepisse clauas, potestatem ligandi & soluendi peccata. Credo in hac ecclesia esse remissionem peccatorum: quæ est per redemptionem sanguinis CHRISTI, qui nobis à Deo datus est redemptio, iustitia, sanctificatio. Credo  
carnis

ORAT. DOM. PARA.

carnis resurrectionem. Credo omnes <sup>1. Cor.</sup>  
 homines corpore isto quo iam utun=<sup>15.</sup>  
 tur, sepulto, à uermibus terræ cor=  
 roso, uel quo tandem modo corru=  
 pto, ad uitam resurrecturos. Credo  
 & post uitam, quæ est bulla, uitam  
 æternã, quæ est per CHRISTVM,  
 qui unã cum Deo patre, spiritu san=  
 cto, Deus per omnia secula seculorũ.

PARAPHRASIS DO=  
 minicæ orationis.

O benignissime pater, & qui=  
 dem pater communis omnium no=  
 strum qui in te credimus, qui in cœ=  
 lis à nobis filijs tuis, tam longe pe=  
 regrinaris, da quæso, qui tuus est in

B nos



nos filios credentes affectus, ut no-  
 men tuum sanctificetur, ut quicquid  
 dicamus, faciamus, cogitemus, audia-  
 mus, in tuam gloriam transcribatur,  
 ut nomen tuum in nobis fiat sanctum.  
 Eripe nos obsecro è regno Satanae,  
 regno omnium uitiorum, & transfer  
 nos in regnum tuum, regnum uir-  
 tutum omnium gratiarum. Tua  
 in nobis fiat uoluntas. Nostra uolun-  
 tas admodum uitiata est, adeo ut nihil  
 nisi quod titillet, querat: proinde  
 tua fiat uoluntas, tu nobiscum age,  
 quicquid tuae maiestati arriserit, si  
 uoles nos miseros, opulentos, fiat tua  
 uoluntas, non aliter nobiscum in ter-  
 ris, atq; in caelis, cum caelicis tuis.

Panem nostrum quotidianum, pa-  
 nem

ORAT. DOMIN.

nem Euangelicæ doctrinæ, panẽ corporis CHRISTI, da nobis, qui in hac scelerum lerna, inter tantas cruces sine tuo pane durare non possumus. Da uerò nobis quotidie, quotidie enim nos iam à carne, iam morte, iam diabolo, delassamur: refocilla ergo nos quotidie purissimo Euangelij pane, pane corporis CHRISTI, qui nos se uno fidere faciat.

O pater cum scias, quàm nemo nostrum non multis obnoxius peccatis sit, remitte noxas nostras, ueluti remittimus illis qui aduersus nos delinquunt. Et ne nos inducas in tentationem, ne finas nos uinci machinis tentationum. Sed libera nos à malo, ab omni quod nobis malum

## EXPOSITIO

dari potest. Amen.

DOMINICAE ORA-  
tionis Expositio.

Nihil maius, nihil efficacius ora-  
tione, id quod CHRISTVS testat-  
tus est, Quicquid petieritis &c.

Porro oraturos oportet sic affe-  
ctos esse. Primum accēdi promissio-  
ne, Petite, & dabitur: ut sentiant  
hanc esse uoluntatem Dei, qui uelit  
exaudiendo testificari de se apud  
nos, & fidem nostram corroborare.  
Hoc est uerè experiri uolūtatem  
patris erga nos.

Huc non peruenit iustitia mune-  
di aut hypocrisis operaria, quam  
pruden

prudencia mundi, pietatem interpretatur.

Deinde necesse est cor cernere, & sentiri se egere, iuxta illud, Esuriens impleuit. Quid enim petas, si te egere non existimes? ὕψος ὀργισίης est mera, simulare preces, & fastidire, aut saturum esse, & contemnere dona Dei, quæ petas.

### Pater noster.

Cum patrem uocas, fidendum est uerè, quòd te respiciat, quòd curæ sis ei.

### Qui es in cœlis.

Esse in cœlis, est implere omnia, regnare, præsto adesse, alere, & gubernare, & uegetare omnia.

Hic locus ad cognitionem crea-

EXPOSITIO

tionis pertinet. Porro cognitio crea-  
tionis est: uerè sentire, non imaginari-  
a phantasia, Deum adesse opitulato-  
rem, alentem, seruantem &c.

Hæc cum cor sentit, tum demum  
intelligis, quid intersit inter huma-  
nas de Deo opiniones, & fidem.

Sanctificetur.

Sicut primo præcepto exigitur,  
ut cognoscamus Deum, ita primum  
hic precamur, ut cognoscamus. Et  
uerbum sanctificetur, significat id  
quod cognoscatur. Quomodo?  
Nos pro nostro iudicio & rationis  
arbitrio fingimus Deum, nec uerè  
iudicantem, aut se uerè ulciscentem,  
nec tam propinquum opitulatorem,  
quàm est reuera. Sic cogitat ratio,

Non

Non iudicat tam crudeliter quàm fingunt, non iuuat nos tam benigne quàm polliceri uidentur sacre literæ. Rogamus igitur ut ostendat se nobis quàm sit uerè seuerus iudex, quomodo damnet, nostra abijciat: quàm sit item propinquus seruator, opitulator. Huc pertinent preces in Psalmis, ubi rogatur, ut uultū suum illustret super nos, id est, ostendat nobis.

**A**dueniat regnum tuum.

Id est, tu regas nos. Valde inepti sunt, qui imaginantur CHRISTI regnum ad mortuos tantum pertinere, cum dixerit Paulus, traditurū regnum patri CHRISTVM post iudiciū. Ergo interea regnat, hoc

B 4 est in

## EXPOSITIO

est in uiuis, id quod monet propheta, Sedere CHRISTVM in throno David, hoc est presentes iam regere. Preccamur itaq; ut cum Satan princeps mundi, iam hūc, iam illum subigat, excæcet &c. CHRISTVS nos regno Satanae ereptos, regat, ducat, ne temerè labamur, erremus &c. Sic ad Ephesios Paulus dicit, nos transferri in regnum filij Dei ex regno tenebrarum.

**Fiat uoluntas tua in terra  
sicut in cœlo.**

Id est, Fiat ut tibi obtēperemus, quemadmodum in cœlo angeli obtēperant. CHRISTVS porrò hæc opponit Iohannis ultimo, Alius accinget te, & ducet quo non uis:

nos

nos pro nostro iudicio & ratione aliás aliam uiuendi agendiq; rationem inimus. Precamur autem ut potius Dei uolútas de nobis fiat, quàm nostra. Nihil est miserabilius, quàm in omnibus rebus faciendis aut suscipiendis consilio carnis uti.

Debemus esse uasa in quibus operetur Deus, nō debemus eius uoluntatem nostris consilijs anteuertere. Sic CHRISTVS nō ulciscitur se, sed permittit uoluntati patris. Sic Paulus non proficiscitur ad Macedones nisi uocatus, ne morti quidē se obijcit, donec uidet esse uoluntatē Dei. Iosias bellum suscipit, quanquā sanctus rex, prauertens uoluntatem Dei, quare infeliciter succedit. Et



## EXPOSITIO

hac de re præcipit Paulus, Quicquid nõ fit ex fide, peccatum est, id est, nihil est suscipiendum, quod non confidas Deo probari. Bonum est uiuere in deserto, at qui scis utrum Deus approbet?

Panem nostrum quotidianum.

Id est, omnia quæ sunt corpori necessaria, eruditionem, famam bonam, uictum, ualetudinem &c. quorum fit mentio Matth. 6. hæc omnia addentur. Sed hic uide qualem uelit esse fidem in nobis, nempe quæ sentiat uerè illa diuinitus dari, iuxta illum Matth. 6. locum. & Psal. Tu das escam &c.

Porro hic explora pectus tuum.

Planè

Planè senties ita statuere pectus hæc,  
uel forte obuénire uel parari huma-  
na industria.

Hanc impietatem damnat ac iudi-  
cat Euangelium, quare frustra ora-  
bis si fides desit, si negat pectus, illa  
à Deo dari.

### Dimitte debita.

Quum petimus dimitti debita,  
sentiendum est, uerè uelle Deum igno-  
scere nobis. Hic te rursus admoneo  
impietatis tuæ, nam cordi nihil mi-  
nus persuaseris, quam uerè Deum  
seriò ignoscere. Propterea & si-  
gnū adiectum est, quo testatur Deus  
de sua uoluntate, in quo confirmat  
imbecillitatem & diffidentiam no-  
stram. Quod signum? Remittenti  
remittit

remittitur.

**Ne nos inducas in  
tentationem.**


Hic memineris loci τὸ θεῶν.  
Diabolus tanquam leo rugiens circumit, quæres quem deuoret. Ergo cum huiusmodi insidijs uallati sumus, precamur, ne labi nos sinat pater. Precamur autem, nõ ut ne tentemur, sed ne in tentatione succumbamus, quemadmodum Iob seruatus est.

**Sed libera nos à malo.**

Rogamus eripi ab omnibus mundi malis, & uersari in malis mundi profiteremur. Amen.

**FINIS.**

LVGDVNI APVD  
SEB. GRYE  
PHIVM.







9/2



A 1353686

OCN 902196184

251



